

596
ΣΤΩ Τῷ ΘΕῷ.
DISSERTATIO PHYSICA,
De
**PANSPERMIA
RERUM,**

Quam
AUXILIO DIVINI NUMINIS,
Consensu & Approb. Ampl. FAC. PHIL.

In Regia Academia Aboensi,

Sub PRÆSIDIO,

Amplissimi Viri,

DN. M. PETRI HAHN,
Scientiae Naturalis Professoris Ord. Præcepto-
ris & Promotoris sui maxime suspiciendi.

Publico examini modeste submittit

BENEDICTUS UELDREM.

In Acroaterio Max. die 23 Febr. Anni 1689.



ABOÆ, Impr. apud Joh. L. WALLIUM

REVERENDISSIMO IN CHRITO
PATRI. AC DOMINO,

DN. M. SAMUEL I
WIRÆNIO,

UT ANTEA SERENISSIMÆ REGIÆ MAJE-
STATI A CONCIONIBUS SACRIS PRI-
MARIO, CONSISTORIIQUE AULICI SUPER-
INTENDENTI AC PRÆSIDI GRAVISSIMO,
SIC JAM INCLYTÆ DIOECESIS WEXIO-
NENSIS EPISCOPO EMINENTISSIMO, VE-
NERANDI CONSISTORII ANTISTITI, GY-
MNASII REGII ET SCHOL. PER DIOECESIN
RELIQVARUM EPHORO AMPLISSIMO, MÆ-
CENATI AC DOMINO PIA MENTE
ÆTERNUM DEVENE-
RANDO.

'CITATEM & ANNOS!!!

REVERENDISSIME DN. EPISCOPE,



iutius intra pectus con-
tineri non potest præ-
sens lætitia , quin in
flammam erumpat,,
quæ nostra inunda-
vit pectora , dum Mercurius nobis
hunc apportavit nuncium, vere faustum,
vere felicem, qvod nobis Tantus *Divi-*
nus favor afulsit, tantaq; erga nos ex-
stitit REGIS nostri SERENISS: paterna cu-
ra, ut non dedignatus sit *Reverendiss: Tuam*
Amplitud: nostræ provinciæ orbi *Presu-*
lem dare Ampli. quam REGIA MAJESTAS
tot pietatis documentis probavit ,
probatam adamavit, dum nihil, nisi
quod altū sublime & gloriosum a *Tanta*
Ampl: provenire senserit. Hinc proinde
certo

certo certius constat pie factū esse, ut bene nunc sit patriæ, bene sit nostræ Ecclesiæ, bene sit nobis omnibꝫ, cum ulterius audiantur nec suspiria orphanorum, nec gemitus pauperum, nec detrimentum capiat salus subditorum. Ad novam hanc novæ felicitatis accessionem, animus meus ita lætitia corroboratus est, ut id, de quo diu inter spem & metum hæserit, nunc in sinum R.T.A insinuare se audere credat, non tñ. aliunde petit munera, in te ipso habes Reverendiss. Episcopœ quod tantopere anim⁹ meus affeat: fac modo sentiā bonitatis tuæ in me utroq; parente orbatum reflecti radios, fac leniter adflet me favoris tui aura, eaq;, qua est R.T.A in orphanos benevolentia, qua in miserarū cultores benignitate, me minimū albo suorum clientum inscribat humilime peto. De hoc mihi certiorem polliceor spem, cum Divina providentia

ita

ita factum video , quod primus sim ex
Pindi Abodici Satellitib⁹, quē benignitas
R.T.A. eo adduxit, ut non vererer differ-
tati uncula hac insinuare, qvam ardens a-
pud me sit favoris tui desiderium. depo-
no proinde humilima mente ad pedes R.
T.A. hasce ingenii mei primitias, quæ licet
non floribus geñent, non purpura ni-
teant, non lacteo stilo, sed simplici filo a-
dumbratæ sint, vultu tamen sereno eas
fuscipliat peto Reb. T. Ampl. Ego me mini-
mū maximū R.T. A. profitebor debitorē,
tamdiu spiritus hos regit artus, certe
citus sol amittet suum splendorē, qvam
ego omittam reverentiam tui, & quod
re præstare non possum, id calidæ sup-
plebunt preces, ut R.T. A. vigeat, floreat,
splendeat in istius diei terminum, qui &
mundo erit ultimus: Quod votet

Reverendissime Tue Amplitud:

subdissimus cliens
BENED. Ullholm

Nobilitatis, literarum, & meritorum gloria
maxime insclito

DN. PAULO RU- DEBECK.

De Efernd Boarnd & Börlholm. &c. In
Ronga, Östra, & Norrvidinge häradet
Judici Territoriali æqvissimo, Ever-
getæ & Promotori suo sum-
me colendo.

Pl. Reverendo & Praclarissimo,

DN. M. JOHANNI COL- LIANDRO,

Regii Gymn. Wex: S.S. Theol. Lectori Prima-
rio laudatiss. Confessoriali graviss. in Wederß-
iby & Dåningelanda Pastori digniss: Patro-
no & Promotori æratem suspiciendo,

Virtutum, morum, fidei qz, gloria maxi-
me conspicuo,

DN. GEORGIO BRUNDTZIUS/

Eqvitis ordinis Secretario accuratissimo,
Fautori, Evergetæ & Affini suo multis no-
minibus colendo,

Admodum Reverendo & Praclarissimo Domino,

**DN. M. PETRO
PLATINO,**

Pastori in Nybbete & Præposito in Kongabāradb longe meritissimo, Mæcenati suo ut propensissimo, ita quo vis reverentiæ cultu semper proseqyendo.

Plur. Reverendo

**DN. JOHANNI LUNDÆ.
BERG,**

Pastori in Glæsthøgh & Mistelås meritissimo, Evergetæ suo & Affini plurimum honорando.

*Merum & virtutum decore undique
conspicuo*

DN. AMUNDO ULHØDEM
Fratri suo ut carissimo ita honoratissimo.

 **v**od est fortis Cœsi in generatione rerum
Naturalium, illud est favor & benignitas proborum erga Musarum satellites. Quippe, ut in circulo hoc generationis non germinant semina debito solis calore destituta, ita in stadio hoc musarum, nec virescunt ingeniorum agri, nisi Mæcenatum fulgida benevolentiae helyx svavissime ipsis affulserit. Hoc sine dubio vestros versavit animos, Patroni M. dum in me utroq; Parente orbatum, vestrae benignitatis radios diffundere incepistis: quippe cum intelligeritis præ orbitatis æstu ingenii mei agrum fermè exarescere, mihi ad qvævis pulchra & honesta faciem prætulistiis splendidissimam, opem tulistiis liberalissimam. vos proinde præterire non possum absq; nota ingratisudinis, quam si sponte incurserem sanus non essem, cum nihil aliud secum apportet, quam quod exsiccat omnis bonitatis fontem. Proinde Patroni Magni, cum aliud præstare non possim, quod vel auro fulgurat vel argento candicat, offero vobis hanc dissertatione. serena fronte eam suscipiatis peto, ego polliceor me vestro in ære perpetuo mansurum, votorum insuper non deerit. Caliditas ut in Longam annorum seriem vivatis felices, fortunati, prosperi: Qvod vovet

Tua Ampl. Vestr:q; Reverend: Dignitat.

Tua Rev & Vestr:is Humanit.

Addictissimus

BENEDICTUS Ulibom/ Auct.& Resp.

VIRO JUVENI

Optimorum Artium Virtutumq; cultura
Pereximio,

DN. BENEDICTO UELHODOMI
De PANSPERMIA Rerum Naturalium
docte ac subtiliter proprio Marte dis-
serenti, Amico & Commiliti sin-
cerè adamando:

 adala Nature, circa primordia Mundi,
Vis, Rebus cunctis semina certa dedit,
Per quæ Multiplicantur, quò Essentia quævis
effet eo pacto continuare potis.

Degit bac multis tua Dissertatio docta
Utholm, noster amor, mi Benedicte, satis.
Talibus in cæptis tibi gratulor, insimul opto
Felici possis quò pede carpere iter !
His studiis alisq; tuis benedicat ab alto
Qui sacro torquet Numine cuncta
suo !

L. Mq; quamvis admodum subitaria
curâ gratatur

SIMON ZASPODI
Met. & Log. Prof. Ord.
h.t. Acad. Rector.

Per eximie Dn. RESPONDENS

Adeo grandia sunt rerum naturæ miracula, ut eorum interpretes, *verè sapientes, verè ingeniosi, verè illustres*, ab universa antiquitate sint habiti, estimanturque hodie ab iis, qui opima scientia possent. Post animæ salutem & eternæ præmias, quæ omnibus hominibus, ex æquo, in suo verbo revelavit Deus; audebo dicere, nullum jucundius, suavius, utilius sensibus & ingenio fano, casto, nullis opinionibus distento offerri pabulum, quam *Contemplationem Mundi*. Inveniunt heic sensus nostri magnitudinem molis vastissimam, rerum immensam varietatem, tum ordinem justum & elegantiam admirabilem, videndo satiantur oculi, audiendo demulcentur aures, odorum suavitatis nares identidem oblectat; Linguae spongiosam substantiam vellicant, lambunt & intrant tot succorum differentiae; Tactuum membranula, motuum amoena aut tristia, vel admittunt vel aversantur. Sola mens intima penetrat viscera, adeoque meditullia tangit speculacione subtili, observatione cauta, experientia solida: Quā qui destituuntur, in hoc studiorum genere, parum proficiant. Globorum morus, & contignatio astrorum,

strorum, Astronomos; Meteororum distillatio, elevatio in sublime, tum resolutionis genius, Geodeticos & alia indagine claros postulat viros. Terrarum orbis, Geometras, Botanicos, Metallurgicos, Medicos, Anatomaticos, Chymicos, tum Magos, honeste sumpto hoc vocabulo, agitant. Omnia horum scientiam, latè diffusam, suo pectore concludere debet Physicus. Ut pote cui structura mundi, globorum dispositio, atmo- & pyroosphæratum conjugia, singularum maximum, minimarum & mediarum magnes; hoc est unio & fuga, amor atque discordia; quorum principiā latent & nidulantur in ipsis seminiis sive PANSPERMIA Rerum. Hujus indolem, recessus & arcana, cum Dodiflisma dissertatione festinas revelare, Gratulor nostræ Academiz, in qua floret & in clarescit studium satis diu neglectum. Gratulor Præceptoribus, quorum fama & industria auget gloriam Lycei: Gratulor studiose juventuti, & in primis Tibi hosce tam felices progressus. Vale & ut capisti, perge.

ad ipsius

D. ACHRELIUS.

Politissimo Juveni,

DN. BENEDICTO ULBODOM/

Amico & commilitoni meo optimo, Di-
sputationis de *Virtute Panispermatica*
autori vere industrio:

Materiæ sine seminio miracula
rerum
Qui finxit, cunctis semina certa
dedit
Se diffundendi, DEUS immutabilis o-
lim,
A quo perpetuæ fons bonitatis
abit.
Ardua res, Ulholmi/ quam mente ani-
moque volutas:
Macte! sic ingenio præmia digna
cape.

*Festinanter amico tamen a-
nimо dedi*

A. WANOCHIUS.
Phil. pract. & Hist. Prof.
PRÆ-



PRÆFATIO.

 *N* insulis Fortunatis dicitur
putei cujusdam orificio Spec-
culum quæ maximum im-
poni, & ab eo, qui in pute-
um descenderit ac oculos in
speculum illud intenderit, ex-
que in orbe terrarum sunt, exandiri, urbes-
que videri, ac omnia hac, non secus, quam si
omnibus adissent, spectari. En quale speculum
sit Scientia Naturalis, in quo videoas C. L.
non quid foris, verum quid intus in mundo
sunt, quod ex intimis rerum natalitiis primo
veneranda instauravit antiquitas, deniq; ad-
auxit posteritas, gravic cogitatione naturæ ar-
cana volvendo & revolvendo, profundosq; re-
rum finis subtili mentis acie penetrando. In
hoc elucent miranda Dei opera, naturæ la-
tibrae & abditi rerum secessus. Hoc itaq; spe-
culum, plenum veneris, plenum suci, plenum-

amabilitatis, veluti potenti magnetismo tra-
bit ad se preclaras mentes p̄eclaris rebus
intentas. Hinc illi, quos fata ad summum epe-
xerunt fastigium hoc diurna nocturnaque
volvunt manu. Hinc in Scientia hac Natu-
rali tantus apud eos tripludiat mentis vigor,
hinc lynceis oculis & intentiori eura tam ex-
acte hoc speculum intuentur, ut splendor no-
minis intueatur eternitatem. Hinc & eorum
stimuli, qui honorem & reverentiam debent
superioribus, quibus agitantur ad sectandum
id, quod vere sit probum & honestum. Non lo-
quor de illis, quibus dies non ad votum
actus sit, nisi cum desudarint, quippe, qui
Bacchi speculum sibi unicè per volvendum pro-
ponunt, ut ingemiscat virtus, excandescat tem-
perantia; sed de fidis musarum satellitibus,
quos hec vitiorum tabes & morum labes non
magis commaculat, quam nebula solem,
qui unicè licet virtuti, ut ditent pecto-
rainexsingibili thesauro, ut fundat lacrymas
vitium, trepidant viscera malorum, letetur
tellus, triumphet Cœlum. Quid enim aliud
indicant varia illa exercitia, in quibus bre-
vi nunc temporis curriculo ingenii sui mu-

cronem

eronomi afferunt musarum satellites, quam
speculum hoc nostrum Scientiæ Naturalis
plures habere spectatores: ita ut mihi argu-
mentum selecturo in studio hoc physico dix su-
perfuit quid intactū. Tandem animo in diver-
sa versato, sparsit mibi Ampliss. Dn. Præses
(pro sua in me benevolentia & nunquam fa-
bis decansanda benignitate, ut nobile hoc argu-
mentū calamo & meditatione dignum censerem,
cum propter utilitatem suam ita pondero-
sum sit, ut notitia in rebus hisce naturalibus
abs cognitione hujus argumenti, est, quod Ignis
sine fulgore, aqua sine humore fidus sine iumine.
Quid enim savius, quid utilius quam ponderare
mirandum illum causarū nexū, qui primæva bene-
dictionis vi & singulari Dei ordinatione miri-
fice ad hoc centrū confluit, ut in quolibet genere
suppleatur id, quod corruptio minuit, quo sum-
ma imis, media extimis, singula singulis ita co-
pulata sunt, ut unam harum si tollitis, admi-
randa hac modi machina induo sibi imperfeci-
onis squalore, amitteret suū decorē, relinquat pri-
stimum florem. Hac omnia dum æqua animi bi-
lance pensitas C. L. facile mecum consentes diffi-
culturam & prolixitatem hec fœdus pactum se-
nere

tenere, ut ingenuus fatear, me diu inter spem
et metum hæsissem, an humeros meos tan-
to oneri supponere auderem, sed Tuus fa-
vor C. L. me excitavit, qui animum diffi-
cilia tentantis, non sinistre interpretatur.
proinde, si quid crudi minusq; cœti deprehen-
deris, cogita hoc, quod tibi nunc offero esse in-
genii mei primitas, que eō citius expectant
veniam, Et si deviauerim, non dubito, qd in pro-
filio tuo candore, inspicis hunc circum, in
quo nos currimus omnes, qd in non Dii, sed ho-
mmes sumus, atq; cdeo non ab errore immunes.
Si itaq; id quod volui, non potui assequi, tua id
tegat humanitas. Ceteros non moror, qui non pos-
sunt, quin obsunt, qdorum unicum est votum os-
linguamq; in aliorum scripta laxare Et proboru
farmam colubrinis obtrectatoris molaribus fi-
gere, bona conscientia acquiesco, solum dum
me afflat favor bonorum, malis placere nec vo-
lo nec possum, his n. placere est summa infeli-
citas, bonis v. summus felicitatis gradus, quo læ-
tus vivas C. L. diutissime, ita felicissima ani-
mitus opto.

S. I. Mare

§. I.

Mare profundum, prima vice, trans-
naturum terrere maris vasti-
tatem, timore perstringere tu-
multuantium fluctuum strepitum &
murmur, terrorem terrore cumulare
abditas syrtes, pericululos scopulos, im-
petuosos vortices, neminem latere po-
test; pari modo ego in immensum hunc
Oceanum cymbam meam emissurus,
haud immerito perhorresco vehemen-
tes & contrarias mihi tempestates, qua-
rum vi & saevitia, ante me multi ad con-
turbatus rerum articulum sunt abduicti.
Quid proinde faciam? vela contraham?
& navim ad ancoram sistam? Non,
δύσκολα τὰ καὶ, saepe enim sub spi-
nosa difficultate speciosa latet pulcritu-
do, hac animus meus tanquam face in-
flammatur, hac tanquam acri stimulo
agitatur, ad ejus jucunda seftanda, quæ,
quicquid difficultatis obvenerit, largo
fœnore sunt compensatura, aleam pro-

inde faciam, utinam fausto omine! ut
faustè succedat opus.

§. II.

Mentis nostræ aciem ad ipsius naturæ profundum seminarium, massam chaoticam primo devolvimus, quam Deus miro modo creavit, non de sua substantia, nec alia sibi coæterna, quia sic æternitatis nectare etiam hæcce terrestria perfusa inclarescerent, sed de nihilo, & quidem negativo non privativo, qvia omnis privatio præsupponit subjectum, in quo dicit aliquid abesse, illud subjectum est Ens, hoc itaque ens Deus creasset ante massam illam, at nihil erat ante, præter ipsum Deum, facta enim est mutatio a non esse, ad esse, hinc rectè Scaliger, creatio est constitutio substantiæ ex nihilo, e nihilo inquam, ut est terminus, non ut est materia, quæ est creatio prima seu immediata, quomodo in principio fecit Deus Cœlum & terrum. Creatio vero secunda seu media-

ta est, qua Deus ex materia inepta, rudi
& indisposita, producit substantiam, ut
pisces ex aqua, jumenta e terra. Hoc
chaos non fuit solum limus venustissimus ex terra & aqua constans, ut
Athenagoras in **Apolog.** declarat de
hac re sententiam **Orphei** & **Hesiodi**,
sed confusa 4. Elementorum conge-
ries, incubitu æterni spiritus fœcunda-
ta, quam optimus Architectus, pan-
spermia omnium rerum refertam vo-
luit, cuius spermatis virtus atque effi-
cacia cuilibet speciei indita, tanta est,
quanta unquam esse possit, cum sit
maxima, ut subeat pectus intuentis tan-
tam rerum diversitatem & dissimilium
operationum dexteritatem, ingens ad-
miratio. Elucescit præprimis in hoc ar-
tificio divinæ omnipotentiæ jubar,
quippe cum viderit Deus tantam per-
fectionem præstare non posse propria
virtute Elementorum molem, sapientissime ita ordinavit, ut materiam hanc
rudem & informem variæ & multipli-
ces formæ, in ejus veluti gremium trans-

fusæ, abmirabili pulcritudine collustrarent, qvæ nunc reb⁹ inspersæ mirificam quandam vim ipsis impertiuntur. Hinc enim in rebus essentiarum veritas, ridet distinctionum gratia, refulget operationum dexteritas. Certe si oculis paterent, quantam sui excita-
rent admirationem ! verum qvæ no-
stræ est cognitionis tenuitas, vix u-
na ex tanta copia nobis innotescit,
umbras qvasdam & vestigia consecuta-
ri cogimur. *Nos enim in tenui luce*
verum caligamus, in medicori cœcu-
timus in maxima insanimus, iuxta Sperl.
Humanae sapientiae pars est quedam
æquo animo nescire velle, dixit Scali-
ger. nemo se scire putet omnia, quod
Dei est, neg. omnia nescire, quod pecu-
dis est, scite monuit Meissnerus. proin-
de, quamvis non semper datum sit in
hac humanæ mentis caligine saturari
cognitione qviditativa; non tamen
*terrebit nos labor & difficultas obtinen-*di cognitionem quidditatis seu abstra-**
etivam, ut vincatur illa ruditas & co-
gnitio

gnitionis inconstantia, ob quam plebei
in tantis mysteriis cum undis fluctu-
ant, cum fixis hærent, cum erraticis
errant.

§. III.

Seqvitur nunc ipse productionis a-
etus; Magnus ille Deus, si unquam o-
mnipotentiæ majestatem ostendere vo-
luisse, hic profectò eam commonstra-
vit. Ille illuminat solem, rotat orbem,
regit Mundum, cui spirans omnis in-
telligensq; natura, ob id & habere & age-
re nunquam desinat gratias, cui totâ
vitâ convenit, genu nixo procumbe-
re, & continuatis precibus supplicare;
sanè non miror, quod ad ipsius mandatū
lucent fidera, fulgurant tonitrua, con-
cordant Elementa, pavent tartara; nam
profectò hoc est miraculorum omnium
maximum, quod tantum opificium, stu-
pendum hoc universum produxerit,
miro quodam allocutionum ponde-
re. Massâ enim chaoticâ suâ pansper-
miâ instructâ, terram & aquam allocu-
citus est, ut producerent, quæ ipsis in-

dita erant. Illa mox velutí discusso sopore excitata, divino imperio ingentem copiam mineralium, vegetabilium, & sensitivorum, secundum species suas produxerunt. Huc quadrant verba Theologi præclarè meriti, polycarpi Lyseri, *quam primum Creator verbum dicit, protinus multe turme natatilium & volatilium producuntur, eaque tanta copia, ut omnia scatent non aliter quam si. patris casus, ut crasso simili utar (vermibus scatent;* Cum vero divina & ineffabili sua sapientia ita providerit, ut in corporibus mixtis, alternis legibus & generatio sequetur corruptionem, & corruptionem nova exciperet generatio, hinc ipsa allocutus est Gen. c. i. v. ii. *Crescite & multiplicamini, juxtagenus 5 species vestras.* Inde δύας σπερματικὴ mera Creatoris bonitate cuilibet speciei indita, hinc durat ad finem mundi tam pulchra, tamque elegans dissimilium rerum varitas, ~~quam~~ ostendere voluit Deus, quia nec mundus haberet gratiam, nisi eum vario cultu ornasset; Corporibus vero

vero simplicibus, hanc vim multiplicativam non concessit, utpote, quæ nullus corruptionis nævus aspergit, nulla ægritudinis labes infulcat, nulla vis terrena debilitat, cum gratâ corruptibilitatis gloria triumphent, donec sumimus ille Architectus, qui influxu creativo omnia creavit, influxu etiam conservativo conservat, influxu destructivo omnia vult destruere.

§, IV.

Afferta sic existentia feminis, in arduis hisce rebus ulterius pergere gestiens ingenium, ut habeat verum cognitio-
nis nectar, pectus exaturans, mentem instruens, animum exornans, præmunitum erit cognitione ἐνομαζολογίᾳ &
περιγνωζολογίᾳ, alias ipsa veritas intra tot recessus, tot labyrinthos clausa non
potest obtineri, non secus ac solis fulgor non probè conspicitur nubi-
bus haud bene discussis; proinde-
ne in janua oberrare, cum Andabatis pugnare, aut cum Parthenio
oculos claudere videamus, anneximus

hic primò originem nominis, istiusque
ambiguitates. *Semen* dicitur qua-
si serimen a sero : ut *semen fulcis*
Committit. dicitur . & de virgultis &
surculis, ut *seminibus positis superest de-*
ducere terram sœpius Virg. 2. Georg. item
prout animalibus tribuitur, & est me-
dium generationis. Hinc translatè prin-
cipium origo & fons alicujus, item pro
fangvine & natione venit, ut semine
regio, semine generoso oriundum esse,
est et frumentigenus, quod zeam appel-
lant. Primam & tertiam significatio-
nem hic acceptamus; ceteras vero non
nostræ est instituti perseqvi, paucis istis
evoluta definitione nominali, paucis
simis evolvenda restat realis, & qui-
dem in latissima forma, ita ut quæ de-
siderari videantur in cognitione seminis
cetrarum specierum, suppleat, adspi-
rante divino numine, uberior seminis
naturæ descriptio, juxta qvarumlibet
rerum indolem & naturam, cum ad illud
negotium deventum fuerit. *Semen est*
corpus Naturale mixtum a Deo in principio

Crea-

creationis corporibus mixtis, ad eorum propagationem continuandam inditum. Hæc cum clarissima sit, non est, quod moretur nos ipsius prolixior explicatio, sed properamus ad diversas rerum classes, quarum prima est, in qua occurunt nobis mineralium duræ substantiæ, ex qvarum mentione animus est sermonis telam ordiri, quam felicius & facilius absolvi, atque pertexi speramus, si eas primo excutiamus, qvas Deus homini nondum creato præparavit, ut i-starum cognitione, tanquam alis subnixi, feliciori fidere evolare possimus ad ea, quæ altiorem spirant sapientiam, quibus de meliori (quod ajunt) luto titan præcordia finxit, hominem scilicet, Dei optimum & præstantissimum opificium, Θεος δέους καὶ πάγον.

MEMBRUM SECUNDUM

Mineralium genesin declarabit.

§. I.

Haud oleum & operam nos perdituros speramus, si juxta methodum in phi-

in philosophia receptam, cum assiduo
veritatis indagatore, à quæstione τὸ ὄλη
auspicemur; Varia variis placent de ex-
istentia seminis mineralium. Quidam
in cuiusvis cymba remum agitant, ni-
hilque certi statuunt, alii semen o-
mne mineralibus derogare conan-
tur, eò quod nec organa habeant, nec
videri possint, qui profecto nimium
sensibus, parum intelle&tui tribuunt,
dum a negatione visionis, ad negan-
dam rem ipsam, argumentantur. Quam
mutila ac manca esset nostra Physica,
si nihil haberemus cognitum, nisi id,
quod sensus apertè nobis dicitant?
cum in promptu sint alia media, qui-
bus aliquali cognitione possumus in-
strui in iis rebus, quæ non sunt ἀπλῶς
& simpliciter ἀγνῶστα, sed tantum dif-
ficulter talia, scilicet, dum itur per partes,
per effecta, per similia, per opposita &
fundamenta: a negatione unius modi
ad negationem cognitionis omnis &
per consequens rei ipsius infirma est
con-

consequentia. Mineralium semen, licet aciem oculorum non feriat, operatio-
nes tamen ipsius satis superque se o-
stendunt, quae testantur de facultatibus,
facultates de ipsa essentia, & ita ab a-
ctu secundo ad actum primum regre-
di demonstrative firma est conse-
ntia, unde enim pulchra illa varietas, &
incredibilis colorum suavitas, nos assi-
duo laetans gaudio, nisi a principio
hoc seminali? Unde miranda illa mine-
ralium generatio, ut nulla in parte ma-
jor videatur naturæ sedulitas, (quam
approbant, qui in todinis versati sunt,
ubi humus congesta post aliquot dies
in lapidem induruit) nisi ab hoc semine
ipsis indito? sine quo statuere gene-
rationem, est αφιλοσοφος; corruptioni
etiam obnoxia sunt in mineralia & mors etiam
saxis marmoribusq; venit: opus igitur ha-
bent generationis beneficio, quo durant,
quamdiu machina Mundi durat. Pla-
cent hic verba Senerti: *seminale hoc prin-*
cipium & Spiritus Architectonicus, et si in pe-
culiariter distincto Corpore, ut in plantis
plerisque

plerisq; non appareat, neq; etiam ejus essentia satis explicari possit, idcirco tamen negandum non est. Hanc sententiam afferuit etiam Kircherus dum dixit : *Quædam seminaria non semper certis distinctisq; corporibus concluduntur, ut in herbarum seminibus sit, sed saepe in materia ita manent, ut conspici nulla ratione queant, sic in ramo salicis seminarium arboris confusum est, neq; enim salix ulla semina profert, quod tamen ibi esse, propagatio arboris sat superq; docet: nam si ramus amputetur ac terræ committatur, producetur ex ramo arbor, ac ex illa infinite aliae.* Eodem pacto in lapidum, gemmarum, metallorumq; genesi seminarium etsi conspici non possit, id tamen & gemmis & metallis principium præbet, & plastica spiritus facultate vel in gemmam vel in metalum abit.

§. II.

Cum inveniantur plurimi Philosophi, qui hic crassissimas fœces, cum sublimioribus suis speculationibus tacite commixtas habent, proinde ē re esse videatur, ut in vino, quod nobis propinant, antequam

tequam illud gustamus, ipsum sedimentum effundamus; procedunt hic primo Balbus & Galleus, qui utrūq; vim ingenii ostentent subtili suo discursu, dicunt ignem subterraneum principia rerum physica connectere, & stabili conjugii fœderè primariò confociare, ex illo enim inquiunt igne prolifico res naturales, vires, facultates denique omnes depromunt, hinc formarum origo, hinc admiranda specierum varietas, hinc fossilia multiplici sobole succrescent, insignis hujus erroris patrocinium petunt ex incongrua explicatione dicti Gen. I. 24. producat terra animantia in species ipsorum, terram interpretantur vim igneam a Deo per terræ viscera diffusam, qvam sententiam propugnare allaborant Gassendus in physic. sect. 3. memb. post. I. 8. c. 4. Verulamius Nat. Hist. c. 7. Willis de anima brutorum cap. 2. Du Hamel de corpore animato, c. I. quidam statuunt mineralia oriri solum ex viscidis halitibus, quidam ex Elementorum mixtura.

§. III.

Qvam audax & importuna est illo-
rum subtilitas, quam leves ratiuncu-
larum stipulas præ se ferunt, quantis-
que nugis animum suum pascunt, iu-
bare meridiano clarius patescit, con-
currit quidam ignis subterraneus ad ge-
nesin horum mineralium, sed cum: di-
minutione, ut agens instrumentale:cum
vero instrumenti actio dependeat ex
directione alicuius agentis principalis,
necessæ est, ut adsit aliquod principale
agens, quod non est ignea hæc vis, sed
illa ipsa forma a Deo optimo & max:
in principio creationis indita, secun-
dum species ipsorum. Hinc patet nec
viscidos illos halitus tanta gaudere po-
tentia, sine adventu hujus formæ in
meditulliis seminis operantis, nobilitas
enim effectus presupponit nobilitatem
causæ; habent tamen capacitatem eam;
ita ut non repugnant obedire do-
minio seminis in matrice aliqua latitan-
tis, cum se passive habeant. Nec firmi-
ori stat talo sententia illa, quod ex varia

Elementorum mixtura proveniant mineralia, cum elementa ex se & sua natura nullum mixtum propria & nova forma indutum producere possint, manent quippe confusa sibique invicem opposita elementa & proprias singularesque suas formas, uti ante mixtionem retinent.

§. IV.

Sed constat ex præcedentibus omnium rerum seminaria massæ chaoticæ concreata fuisse, quæ sumus Architectus voluit esse, tanquam rerum principia, ex quibus singulæ rerum species essentiales suas formas nascuntur, ita ut absque his seminariis exulet lex multiplicationis, pereat ordo generationis, qui supplet quicquid corruptio minuit, hujusmodi seminaria non sunt *a*. Elementa, coquuntur enim terra & aqua, quantum velis, inde tamen aliud non extrahes, quam quod prius fuerunt, scilicet aquam & terram ; præclarè Sennertus de his : *habent ista mineralia suæ formas & virtutes, ut sic dicam seminarias a*

a Deo in prima rerum creatione inditas, nec
deum, post mundum creatum a vario Ele-
mentorum concursu genitas, sed a Deo cre-
ata sunt & per istas formas perpetuantur,
atque ab iis formatio Corporis singulorum.

§. V.

Hæc qvamvis ita sint, nemo tamen
deprehendet nos intra eam reprehen-
sionis aleam constitutos, ut tribuamus
supradictum semen mineralibus pro-
priè sed impropriè, eo quod virtu-
tem saltem habet coagulandi, indu-
randi, materiamque subiectam vi ma-
gnetismi junctam, in hanc vel illam for-
mam efformandi, dico vi magnetismi,
quippe datur in rerum Natura ma-
gnetismus equidem, quo similia sibi
corpora similia perpetuo appetunt, sese
mutuo alliciunt & perenni pericyclose-
os motu attrahunt, dissimilia vero re-
pellunt, qui maxime tunc elucescit,
quando vapores & exhalationes, sub-
tilissima illa corpora, calore Solis, tum
à siccis, tum humidis extrahuntur lo-
cis, ubi similem sibi reperiunt substanciam

tiam, ei statim vi magnetismi junguntur, tenacique amplexu adhaerent, quibus miro hoc consensu unitis, accedit spiritus ille Architectonicus, tanquam dux & director totius hujus processus. Hæc quamvis mineralibus concedamus, tamen firma stat sententia nostra, quod proprie non habeant semen, quia non est animatum. Hoc probamus, quia nutririēt, si vita polleret, at non sustentatur vita nostra mineralium, sed vegetabilis & sensitiva natura nutrimentis, dicit Kirc̄herus. Quia, quibus nos alimur, Spiritum quendam vitæ Calorisque in se continent benignum, Spiritibus vitalibus oppido proportionatum, cuius apertu Spiritus calorq; noster foveatur, sustentaturq;. Ergo necessario nutritionis effectus in hoc spiritu præcipue consistit, unde nihil nos alere potest, nisi & hoc ipsum alatur, sitq; vel fuerit aliquando vita præditum, quod mineralibus non convenit.

§. VI.

Hicce sicq; prælibatis. sine rubore sta-

ruere possumus, hoc principium semina-
le esse causam proximam mineralium,
quod constat causa materiali & forma-
li, illa sunt tria principia chymica, scilicet
Sulphur & Mercurius, quam sententi-
am fovent Aristoteles, Albertus, Gilgil
Arabs, Agricola, Senertus, Sperlingius.
Causa formalis in intimis huius se-
minis thalamis latet, in initio rerum
cuilibet speciei indita, quae unicuique
minerali dat esse proprium, proprias
que virtutes a ceteris destinatas, quae
que habet vim in materia apta & di-
posita sese multiplicandi. Ne vero
Elementa veluti otiosa esse videantur,
dicimus ea remotè ad omnium Mine-
ralium generationem concurrere. Hinc
ad generationem Mineralium requiri-
tur primò locus proportionatus, ut in
eo forma & materia ritè conserventur
& digerantur: deinde materia in eo lo-
co ad semen excipiendum aptè di-
posita & parata obedire dominio
seminis advenientis & communican-
tis illi vim activam, formalem & speci-
ficam,

ficam, ibi tunc valet illud: *partes materiales ad patiendum, formales ad agendum māte sunt.* Corpora cœlestia haud parum etiam generationi mineralium inserviunt, non tamen particulari sed universalī influxu, hoc modo: ut *sicue principium generationis est à propinquo generante, ita generantis vis ab externo generante invatur.* Scaliger. Hic proinde non assensu excipimus sententiam Kircheri, Viri alias in studio hoc physico celebratissimi, dum dicit corpora cœlestia virtutes, quas astrales vocat, derivare in Elementum aqueum, quibus fœtum, eas per maris accessum ac recessum, in intimos telluris thalamos diffundit, ubi igne subterraneo coctæ, digestæ & depuratæ, pro ratione puritatis & impuritatis varia producunt mineralia. Nos vero dicim⁹ corpora cœlestia concurrere ad ortum mineralium, eo modo, quo ad hominis, canis & muris, calor vero & frigus cum sint accidentia non possunt producere substantias mineralium, ut quidam volunt, instrumentales tantum sunt causæ, ut enim

enim calor attenuat, coquit & resolvit, ita frigus condensat & confirmat. **Hic** est pulcherrimus nexus causarum, quo mediante in Terræ cavernis conformantur lapides, gemmæ & metalla, ut duret mundi integritas, nec non magna utilitas, redundans in usus humanos.

S. VII.

Hæ formæ lapidificæ non solum in terra, quæ est mirificus illorum seminariorum primus condus, suum producunt effectum, sed etiam in aliis locis, ubi dispositam inveniunt materiam, informant enim nos historiarum volumina, confirmat insuper ipsa experientia, de variorum lapidum genesi, in ipsis animalibus, qui primo intuitu haud immerito intuentem ad admirationes adducunt, quippe, qui non solum in vesica & renibus generantur, sed etiam in toto hominis corpore, in cerebro se vidisse illos testantur Ru-eus & Gesnerus, in corde, hepate, pulmonibus, stomacho, imo etiam in intestinis

testinis, ingenti numero repertos fuisse, testantur Ambrosius, Paræus: in aliis etiam animalibus hujusmodi lapides reperiri solent. Non loquor de lapillis in stomacho gallinarum & Anatum repertis, cum ibi non nati sint, sed ab his deglutiti. Causa vero horum effectuum est virtus illa λιθογενεῖα, quæ latet in iis, quibus homo aut cetera animalia vescuntur, qvæ postea cum nutrimento assumpta, ubi dispositam invenit materiam, eam mox insita sibi facultate, in lapidem coagulare nititur; hinc patet causa infantis in lapideam duritatem in utero mutati, quod stabiliunt Hippocrates, Schenkius, quia procul dubio cibus ac potus, quos assumpsit gravida, continuerunt in se fabulosam ac lapideam materiam. Præterea & loca varia varios spiritus lapidificos emittunt, hinc spiritus illi per vasa umbilicalia ad ipsum fœtum cum sanguine delati, illum durum reddunt; matrem ipsam cum non mutare potuerint, utpote, quæ propter

majorem corporis firmitatem, non recipit hosce spiritus, recipit enim receptivū, non ad modum imprimentis, sed receptivitatis suæ. Facile imprimitur effigies in ceram, at difficilimè in ferrum & lapidem. Refert etiam Albertus Magnus, in Gothia fontem esse inventum; qui quicquid in eum immergitur in lapidem convertit, cuius rei veritatem ut probaret Fridericus imperator, ad eum fontem misit chirothecam sigillatam; Post aliquot dies mensa est medietas pellis in fontem, quæ tota in lapidem versa est: Imo ita spiritibus lapidificis abundat, ut guttæ in terram conspersæ, mox in lapidem convertantur. Quia guttæ in terram diffusæ, aeris siccitate facile coalescunt, existente vero rivo in perpetuo motu, corpuscula illa ut facile colligi non possint, ita quoque minimè coagulari. Quæ omnia vero sunt majora.

§. VIII.

Ulterius dum volvimus sysphi hoc faxum, occurrit nobis telum illud fulmine-

mineum, ostendens lapides in ipsis nubibus etiam generari posse, hujus genesin in nubibus fieri plurimi quidam negant: nos tamen sententiam affirmativam amplectimur, dum modum inspicimus, quo generari potest, quippe lapis integer atque perfectus, beneficio radiorum solarium in altum elevari non potest, propter suam gravitatem, & licet haud inviti fateamur atomos graves, utpote aqueas, terreas, atomis igneis & aereis tanquam alis subnixas in aitum evolare, accedente auxilio radiorum solarium, tamen, quod illi lapides, hanc elevationem admittant, non est sani judicii statuere. Nec a Deo immediate creantur, quippe Deus in hoc negotio non agit immediate, recte Calov. *extra naturam in naturalibus sapere, est temerario speculationibus indulgere in natura patifacta immediate ad Deum referre. est pre inscitia librum a Deo apertum claudere.* Necesse proinde est, ut alia investigetur causa, quæ præcipue con-

Si sit in elevatione causarum, hunc lapidem constituentium, ut sint principium activum & passivū, illud sunt spiritus lapidifici, qui ut sint subtilissimæ substantiæ, ita facile elevari possunt, hoc est ipsa materia, quæ quando disposita est, submittit se dominio principii activi, quod nunquam in materia sibi apta & proportionata otiosum esse possit, ad hæc, in aere huic lapidi talis præparatur locus, qualem obtinere potest, donec imperante naturæ cursu obraptum similiūm & fugam dissimilium in terram decidat.

§. IX.

Admirandos illos montes merito heic dignos consideratione censemus, quos statuimus post aquarum divisionem, cum divino nutu appareret aida, a summo Architecto constitutos fuisse: nec enim moramur illos, qui dicunt eos primum post diluvium capita sua extulisse, ex coacervatione lumi, hi facilè refutantur ex Gen. c. 7. ubi extat altissimos montes exsuperasse diluvium

vium & arcam quievisse super montes ararat, quomodo exsuperaretur id, quod prius non extabat? profecto non ens, nullas habet affectiones: non tamen negamus post diluvium ex varia inundationum diffusione, limum lutumque in ingentes cumulos coacervatum fuisse, & accedente spiritu lapidifico, successu temporis in lapidosas substancias induruisse, fecit summus Architectus, ut in initio rerum ex limo illo chaotico etiam saxosi montes coalescerent, ne terra nimia copia limi lutique abundaret, qvibus si terram non onerasset Creator providens, jam dudum tota geocosmi moles, propter infestarum procellarum injurias, terræque motum disiecta esset, montium enim verticibus vallibus æqvatis, totus terrenus globus mari absorberetur, sed En! miram providentiam, spiritus hic Lapidificus, restituit montibus qvicqvid plurium annorum decursu consumptum est, ut conservetur hoc fulcrum, vigeat hoc præsidium, duret hoc stabilitamentum.

§. X.

Dum altius ingredimur lapidosam
hanc telluris æconomiam, prostant alia
naturæ miranda, altioris indaginis, quæ
quemq; merito in sui rapiant admir-
ationem, quando videt mirum illum
naturæ lusum, in varijs lapidibus gem-
misq; eminentem, in qvibus quorun-
dam animalium, nec non plantarum
& herbarum imagines exprimuntur,
quod naturæ artificium, si brevibus de-
lineemus, nequaquam operam nos per-
dere speramus, quod haud parum lucis
non solum haætenuis a nobis dictis, sed &
in posterum dicendis, ista opera fœnera-
bitur.


§. XI.

Hæ autem imagines in lapidibus
variis modis exprimuntur, fiunt enim
primo fortuito ; quando terrenam sub-
stantiam adhuc mollem, & siccitatis
vi in multas rimas & sinuosos ductus
fatiscentem, invenit fluor salini liquoris,
in quam cum hic fluor insinuatur, fit,
ut accedente spiritu lapidifico, omnia in
faxeam melem convertantur, ita ut pro-
rima-

rimarum & fissurarū con-
stitutione insinuatus fluor,
nunc arborum, nunc volu-
cris, nunc alijs animalis ef-
format effigiem. Hoc ta-
men semper notandū, quod
in hisce, qvæ fortuito fiunt,
semper aliquid desit ad in-
tegram figuram consti-
tuendam.

§. XII.

Causa vero earum ima-
ginum, quæ perfectam figu-
ram exhibent, ut sit piscis
juxta adrumbati, nec non
aliorum piscium imagines
evidentes, in hoc præci-
pue consistit, quod cum
hyberno tempore, magnæ
fiant inundationes in plu-
rimis locis, quibus cumu-
latur ingens copia limi
in campis, pisces vero cum
hac inundatione delati in
lito-



litora & campos, cum se ex tanta li-
 mi copia extricare non possint, ibi con-
 sistunt, accedit spiritus lapidificus hunc
 limum in saxum convertens. Jam vero
 notum est, quod ut materia lapidea re-
 ferta est salinis corpusculis, ita & ani-
 mantium corpora ; hinc sit confluxus
 partium salinarū in animali ad partes
 salinas in materia lapidea, hinc etiam
 particulæ salis radiantes ea tintura,
 qua pollent, simul & in lapideam con-
 vertuntur materiam, atq; sic animalis
 figura exprimitur in lapide, fatemur e-
 tiam quod vis spermatica in cadavere
 animalis latens , multum ad hoc
 confert, quæ dum nihil vita præditum
 efficere potest, ob materiæ ineptitudi-
 nem, facit id, quod potest, scilicet figu-
 ram lapidi sibi similem imprimit, auxi-
 lio salinorum illorum corporum, qvi-
 bus insita est.

Ex supradictis facile constat de causa
hujus avis, nec non aliorum animalium



in lapidibus orientium, nempe, quod hic
etiam adest spermatica vis, quæ latet
in corporibus salinis, quibus avis ple-
na est, quæ dum substantiam producere
non potest in molli adhuc lapide, saltem
imagines & accidentia efformat cujus-
dam avis. §. XV.

Si uti affirmat Kircherus & alii
cum illo, quod aliquando visa est effi-
gies Salvatoris nostri JESU CHRISTI in-
nocenter crucifixi in lapidibus, tunc non
facimus cum Kirchero, qui statuit hoc
esse purum naturæ opus, sed ad causam
supranaturalem referimus, quippe ut
idem

idem CHRISTUS inter tortorum manus,
fuit vilis in pannis, contemptus in cru-
ce, ita nunc gloriosus in Cœlis medi-



antibus carnis secundis potest opera-
ri omnia, quæ vult & quomodo vult,

MEM.

MEMBRUM TERTIUM

Continens sēmen plantarum.

§. I.

Nunc postulat connexionis ratio, ut properemus ad præclaros illos naturæ thesauros, quorū contemplatione sens⁹ reficiuntur, mens recreatur, pectus exaturatur incredebili suavitatis dulcore. Hic præcipue nexus admirationis cum voluptate cernitur, quando natura levioribus orsa principiis fundit suas opes & paulatim ad amoenissimum elegantiae florem tendit, plantæ radicum vigore surgunt in caulem expandunt brachia foliis & fructibus luxuriant: Hinc silvarum gloria, hortorum gaudia, pratorum gratia; ut non dulcius micent stellæ, non serenius fulgeat lacteus ille circulus, non suavius spirant Etesiæ: sed unde hæc pulchritudo emanat in corpora? Eorum Pulcritudo omnis a Deo optimo max. tanquam ex perenni purissimoq; fonte promanat, ex quo, si nihil hauriant continuo turpes disso-

dissolutæq; contabescunt. Hic enim
in Majestatis suæ solio sedens, placidissime
regens omnia & fatorum seriem
admirabili providentia dispensans, post
aquarum & Elementorum divisionem,
massa panspermia instructa, tertio crea-
tionis die, terram alloquitur, dicens:
*Germinet terra herbam facientem semen & li-
gnum faciens fructum juxta genus suum, cuius
semen in semetipso sit super terrā, hisce satis li-
quet, herbas arboresq; non immediate
creatas, sed ex terra jam creata, & pan-
spermia referta eductas fuisse divini ver-
bi imperio, in tanta copia, quantā nunc
miramur, cui plātali œconomiae & indi-
dit virtutem multiplicativam, ut idem
sit ejus finis ac mundi, inde in hunc
usq; diem, virescunt Campi, florescunt
arbores, germinat semina, quælibet enim
herba, & quælibet arbor suum habet
semen particulare, quod est causa pro-
xima & immediata generationis & pro-
ductionis omnium nascentium. Quoni-
am vero nulla planta in tota plantali-
œcono-*

æconomia fine alimento sibi necessario
vivere potest, ideo natura miro quodam
magnetismo instruxit eas, quo alimen-
tum sibi congruum attrahunt, ne ex-
stincto humido innato, per continuam
calidi innati attenuationem, spirituum-
qve influentium defectum plane ex-
rescerent: hoc a. nutrimentum per radi-
ces ex sēsibili succo attractū, distribuitur
per omnia plantarum membra, ubi i-
dem postqvam calore tum interno, tum
externo coctum & digestum est, puris-
simi halitus iunguntur semini singulis
plantæ partibus inexstanti, inq; luc-
cum convertuntur plantæ connatura-
lem, ut si a malo attrahatur, malus, si
a queru^r quercus producatur. Quod
semen denuo terræ restitutum, novum
attrahit humorē, & adjuvante calo-
re tum interno, tum externo operari
incipit. Tunc valet illud, Deus conservat
ea, quæ fecit, per ea, qvæ fecit. Ita enim pu-
cherrimus est nexus causarū particulari-
um & remotarum, ut nec ille sine his,
nec hæ sine illis. Proinde sicut hoc

femen est materia proxima, quippe in quo latet forma illa specifica, unicuique speciei indita in principio creationis; ita elementa sunt materia remota, quae ad omnium mixtorum compositionem concurrunt, ut semper obedient dominio artificis ipsam structuram concinne fabricantis. Hujus enim ope affabre partes in herbis disponuntur, arbores firmantur truncis, vestiuntur cortice, induuntur integumento, contra extrinsecas iniurias ornantur floribus, debitissimis formis depictis: quibus ornamentis sic florent, sic crescunt, ut Dei depraedcent sapientiam, hominisque promoveant utilitatem.

§. II.

Nostra hæc assertio, et si sua radiet luce, insurgit tamen contra eam adversæ partis cohors, nec mirum, cum multa etiam absurdissima suos invenerint defensores, quidam dicunt ex astris formas vegetabilium oriri, nonnulli materiæ & elementis insulte derogant inditas sibi vires a Deo opt: & max: dum ad

ad ea nobilem hunc formarum ortum referunt: nos vero nullæ rationes, et si Achilleo robore firmatæ esse videantur, ad hanc sententiam adducunt; quippe primo astra sunt causæ universales; at particularis effectus particularem & determinatam reqvirit causam. Nec formæ vegetabilium sunt eadem specie cum formis astrorum, quod necessario ita se haberet, si ab his suam traherent originem, confirmat hoc immotæ veritatis Canon: generans & genitum specie convenient, numero differunt. Nec a materia posse has provenire, qvod videt, qvi non fungū pro cerebro habet, illa enim est principiū passivum, quod sine activo, est torpidum & otiosum, forma est principiū activum, at actio est præstantior passione, quando sunt ejusdem ordinis, & se mutuo respiciunt, ut bene Calov. Itaq; qui dicit causam ignobilioriem esse suo effectu, idem agit, quod qui induere vult galeam tibiæ & ocream capiti. Pari modo, dum ipsa

Elementa ad lydium lapidem examinamus, nec illa suos extra cancellos egrediuntur, sunt enim materia remota, hinc remote agunt Elementa, formæ propinquæ, diversitas operationum prærequisit diversitatem essentiæ. Si ergo formas hisce producerent Elementa, fieret hoc æquivoce, quod absurdum. Manet proinde & manebit simplex illa veritas, licet falsitas sit multiplex, quod in intimis seminis thalamis lateat spiritus ille Architectonicus, ut in mundi incunabulis a summo Architecto semini infusus, ita donec stant secula, duraturus.

§. III.

Diutius hisce immorari, quæ spestant ad consuetum vegetabilium ortum, in iis locis, ubi nasci solent, nonducimus necessarium, quandoquidem paulo post habebitur Disputatio, eam quæ illustrabit materiam, unde heic saltem ad stateram rationis revocamus eam plantarum copiam, quam haud
sine.

sine admiratione sponte nasci cernimus, in locis antea nullis vel herbarum sva-
viis, vel arborum delitiis vestitis, nunc
autem non sumimus spontaneum vi-
ventium ortum, ac si sponte sine ullo
feminio, secundum quorundam opinio-
nem nascantur, cum nullum sponte
nascens probari possit, sed ex sperma-
ticis corpusculis, in stirpium, arborum,
plantarum & animalium cadaveribus
latentibus, suam traxerit originem;
cum vero terra horum corporum sit
receptaculum, hinc non mirum, si, post
eorum resolutionem, variis succorum,
excrementorum, radicum & seminum
impleatur generibus, & potissimum in
superficie, quæ in unum locum collecta,
humore macecata, in mollem qvandam
substaniam evadunt, qvæ deinde caloris
ambientis vi cocta atq; digesta in dispo-
sitam abit materiam, quæ in se con-
tinet animam vegetabilem, velut in
spermatica materia, anima eadem mas-
sam illam vicificat, format & fabricat
in formam huius vel illius plantæ; unde

de præclare Sennertus: Ille plantæ, & si ex semine sensibus nostris manifesto non generantur, neque ex surculis, qui terre inseruntur, prodeunt, tamen revera & planta alia ejusdem speciei, ejusq; semine proveniunt, quod licet non sit in corpore conspicuo, est tamen in minimis corpusculis, animam ejusdem continentibus, hinc variae plantæ exsurgunt ex terra, mari, ubi nulla generationis spes est.

§. IV.

Hæc non latebunt oculos circumferentem, quippe si inspiciamus primo terram, quam ingens in ea planarum cumulus producitur in locis omni plantarum apparatu destitutis, illud tamen non sine seminibus fieri statuendum, quippe dum volitant in aere viq; ventorum huc atq; illuc agitantur, aquæ & terræ immiscentur, inq; terræ gremium per latentes patentium meatuum rimas, vehiculo imbrium deducuntur. Præterea etiam stirpium, plantarum & herbarum cadavera-

ribus impletur terra, quorum resolutionem sequitur variorum seminum diffusio, per terræ venas, ut ex præced. §. patet, hinc non mirum tantam plantarum varietatem ex similibus & aliunde oriri, cum illa abundant plantarum & animalium excrementis, quæ aquis macerata, calore fermentata, pro diversitate seminis plantas producunt. Itaque recte a genuinis Physicis statuitur plantas oriri tripliciter a similibus, vel a succo plantarum, vel a plantæ portione iam putrefactæ, vel ex ejusdem excrementis. Ex his sine dubio constat causa illius plantæ, quam inter cornua cervi se vidisse ait Theophrastus, quippe cervus in atterenda illa arbore occupatus, facile potuerat recipere baccas illas decussatas capite suo.

§. V.

Convertimus nos iam ad aquas, En! & illæ ostendunt, varias sponte nascientium herbarum classes, plurimæ oriuntur in aquarum superficie sine radicibus, quod præcipue evenit in aquis sta-

stagnantibus: et licet hæ plantæ radicibus destitutæ sint, habent tamen radicum loco, filamenta quædam prælonga, quæ à se emittunt, nec tamen fundum tangunt. Profert Kircherus nonnullas herbas hoc modo nascentes, utpote herbam *Mnasiæ*, nec non herbam, quam *Sargassum* vocant Lusitani, quæ omnes Atlanticum oceanum trahentes, magna admiratione percellunt. Addit etiam Lerius, quod in sua navigatione expertus est. Præterea inquit per quindecim dies inter herbas mari immatantes versati sumus, quarum tanta est diversitas, tantaq; copia, ut nisi securibus eas secantes navigium, quod illis frangendum erat impar, viam fecisset, futurum autemo, ut ibi substituisset, quoniam herbarum illa copia mare quodammodo turbidum redebat, nos in pulueribus cœnoscis versari credebamus, ac proinde insulas quasdam in propinquæ esse judicabamus, verum iactæ bolide, cui funis 500. ulnarum longitudine alligatus erat, nec fundum attigimus, nec insulas ultras aut

læs aut continentem advertimus. Idem testatur etiam Christophorus Columbus. sunt corpuscula pulverulenta, profecta vel a plantarum, vel animalium corruptione in stagnantis aquæ superficie hærentia, quæ ambientis caloris fonte mox excitata, latente seminis vi, in plantam efformantur, cum enim constet, in aquis multa vivere animalia & mortuorum corpora dissolvi, hinc ab utrisque succulenta excrementitiaque materia provenire potest, possunt etiam hæc semina vel ventorum vi in aquas præcipitari, vel variis volucrum generibus eo apportari.

S. VI.

Restat nunc oculos devolvamus ad lapidosa illas substantias scilicet saxa, muros, & rupes. Hic nullum occurit dubium, quin varia etiam plantarum genera ex illis proveniunt, hoc confirmavit Plinius, dum dixit palmam in lapidea statua Cæsaris Dictatoris ortam

ortam fuisse. Testantur etiam Historiae ex æneis statuis herbas natas esse, sed quid immoror antiquis exemplis, cum probetur quotidiana experientia hic idem mirandus ortus, quod facile assensu excipient, qui spectarunt *Sorbum quendam sylvestrem*, inter lapides argilleo humore tinctos. & magnavi compactos, in medio muri Templi Cathedralis Wexionensis mirificè exsurgere, & spectatorum animos defixos suspensoque tenere, quippe, qui radicis vigore firma brachiorum expensione amœna, foliorum & fructuum ubertate admirabilis; causam vero harum plantarum non esse ipsam lapidis substantiam, vel Tiræsia cœcior videt, sed aliam subesse, ut enim lapides, nec non ipsa argilla poris, fissuris, atque concavitatibus referta sint, ita harum semina vel a plantis, vel ab animalibus decisa, & una cum vaporibus in aërem sublata, intra concava saxonum loca, vi ventorum deferuntur, vel etiam a volucribus

lucribus prope nidulantibus compor-tantur, quæ humore imbrium emolli-ta, calore tum nativo , tum ambiente fermentata, pro ratione gradus natu-ræ semini insiti, alia atqve alia genera-tur planta.

§. VII.

Restat nunc, ut paucis inquiramus, quid præstet semen hoc plantarum in i-psa insitione, quomodo ex commixtura seminum, arbor variis fructibus onusta exurgere possit; qui mirus naturæ pro-cessus aliter fieri non potest, qvam cum differentium plantarum surculi aliis arboris truce inseruntur, qui attrahunt sibi alimentum proportionatum, qvod ubi multiplices seminis rationes in trun-co offendit, unicuique, quod suum est, juxta naturæ intentionem, tribuit. Mox anima in cujusvis surculi semi-ne latens, differentis naturæ ramos pro-ducere nititur, non secus ac ex diffe-rentium specie animalium coitu Mu-lus vel Hippocervus. Varia hujus ef-fectus

fectus dantur exempla, ut in ramis salicis, vitis &c. Hæreat heic merito mens intuentis hanc ramorum diversitatem, etiam sine arte aliqua Emphyteutica, in una eademque arbore oriri, sed causa facile hinc patefecit, cum varia fructuum semina ab avibus in arbores deferantur, ibique commixta pluviis, rore, tandem ex crescunt, pro seminis diversitate, adeoq; idem tunc casu fit in arboribus quibusdam, qvod arte in insitione.

§. VIII.

Hac data occasione, qværunt hic non nulli, num arbores sine adventu seminis alius speciei non possunt degenerare in alius speciei arbores, cum inveniantur herbæ, quæ in aliam herbam diversæ speciei degenerant absq; arte aliqua insitoria, vel vi seminali a volucribus appor-tata; ut triticū in filiginem vel avenam; Cinamomi planta in laurū; piper in hede ram; quæ tamen eandem habent animā icil: vegetativam cum arboribus, at o-mne idem, qvatenus idem semper facit idem.

idem. Ut ex hoc labyrintho evadamus,
ariadneo non opus est filo, ratione e-
nīm objectorum diversa facere haud
~~αφιλότερον~~, ut solis virtute in æthereo
lo domicilio radios suos diffundente in
næcce subsolaria, res subiectæ quæ-
dam indurantur, aliæ liquifunt, aliæ
conjuguntur, aliæ dissolvuntur; ita a-
nimæ vegetativæ semper una eadem-
que est actio, in tota æconomia plan-
tali, quippe, quæ est forma communis.
Sed quod quædam herbæ secundum
naturæ intentionem non perficiuntur,
non animæ vegetativæ non formæ spe-
cificæ tribuendum est, sed dispositio-
ni materiae & extrinseco solis calori.
Qvando enim dictæ herbæ degene-
rant in alias diversæ speciei, causa est,
quod forma illa specifica ob defectum
falis vel pinguedinis & majus minusve
solis robur non potest perficere ea, qvæ
destinavit. Largior, quod simile etiam
contingat in arboribus, & quidem ob
eandem causam, ut testatur experien-
tia inter hortorum delicias, ubi pomiferae

feræ arbores, nunc lætæ necessaria pinguedine, lætos ac svaves ferunt fructus, nunc iterum in gratos, hujus defectu conversæ. Hæc qvamvis ita sint, non tamen licet adstruere eandem causarum plantarum degenerantium & ramorum insitorum, cum illud eveniat propter defectum in materia', hoc propter semen ascititum. Longum esset, si omniū herbarum & arborum ingenia, dotes & varietates adumbrarem, qvippe, quæ tot sunt, ut vel ingens volumen singulorum enumeratione impleretur, telam proinde non ordior, quam pertexere atque absolvere tanta vetat multitudo.

MEMBRUM TERTIUM.

Semen animalium in genere breviter delineabit.

§. I.

Jucundissimum fuit animi pabulum tot mineralium genesin rimari, jucundius multo contemplari vegetabilis naturæ thesauros, quibus Elementorum regna ditavit sapientissimus conditor.

ditor, maximum tamen hic est voluptatis auctoritatem oculos mentemq; dirigere ad animalium varietatem fere inexplicabilem, quæ inter naturæ delicas & pretiosas divitias savissime deuantur, ludunt pisces in aquis, aves in aere volitant, ceteraque animalia in campis, montibus, silvis discurrent, saltant, tripudiant, sed unde tantus animalium apparatus ortum trahit, merito quis mirari incipiat; Habent tamen pectora nostra, quod illa exaturat, dum heic agnoscunt omnipotentiam divinam, quippe Altissimus Deus omnium animalium semina massa chaoticæ concreata voluit, non secus ac totius aeronomiæ plantalis, cum ipsa forma in intimis horum thalamis latente, deindeeductis plantis naturæ vegetabilis tertio creationis die, quinto & sexto ex eadem massa eduxit animalia sensibus instruta, quæ eodem momento, quo a Deo producta sunt in suo esse naturali constituta sunt, & quidam in tanta copia specierum, quantum videmus terra, aqua & aere contineri.

§. II.

Verum cum diversæ hæ species
ex corruptibili Elementorum massa se-
 ipsas in perpetuum sustentare non pos-
 sent, indidit unicuiqz speciei virtute,
 propagandi genus suum summus C.
 ator, hac allocutione : *Crescite & multi-
 plicamini & replete terram Qva alterna
 vitæ mortisqz vicissitudine, ad mundi
 consumationem conservarentur, medi-
 um vero hoc est gratus ille naturæ
 thesaurus, semen, quod γεννᾶς sum-
 ptum in regno hoc animalium, est cor-
 pus calidum, humidum & spirituofum,
 cum enim Deus hoc corpus, non solum
 4. Elementis & 3. principijs chymicis
 sed & spiritu insito constare voluerit,
 qui omnibus animalibus humidum ra-
 dicale & calidum innatum tribuit, ideo-
 que etiam ipsi tribuimus duplex humili-
 dum, Elementare & radicale, duplex
 etiam calidum Elementare & innatum,
 spirituofum vero est, quia spiritus hic
 latet in centrali seminis thalamo, qui
 est varius pro varietate animæ, hinc dixit*

Ari-

xit Aristoteles, ut nobilitate ignobilitateve
 anime inter se differant ita Spiritus insitus.
 Hic vero spiritus, ut in semine duret
 illudq; perficiat, opus habet medio quo
 restaurari possit, quicquid absumitur:
 notum enim est, quod licet hic spiritus
 unus sit, (ut rem clarius explicem) ha-
 bet tamen in se activum principium &
 passivum, illud calidum est, hoc humi-
 dum, illud absumit, hoc absumitur, quo
 depasto, exstinguitur vivum, sicut can-
 dela, absumto oleo, unde rei unicuiq;
 sua destinata est periodus, qva absolu-
 ta, perit, proinde humidum illud opus
 habet, ut diximus subsidio, quod aliter
 fieri non potest, quam per nutrimenta,
 quibus aluntur & sustentantur animalia,
 quæ nutrimenta cum dissimilis sint na-
 turæ, forma ea intra stomachum sum-
 pta per digestionem purificat, eaq; he-
 pati in sanguinis elaborationem trans-
 mandat, ex parte autem sanguinis fit se-
 men, quod proprio semini in cellulis
 conservato iungitur, ex subtiliori par-
 te formantur spiritus influentes, qui

etiam juxta conditionem cuiusq; formæ individuantur, & uniuntur cum spiritu insito, quem novo auxilio adiuvant; Atq; hinc constat & ipsum semen variare pro varietate animæ, ita ut quo nobilior anima, eo nobilius est hoc semen: alimentum vero quod impurum est, per duos excretorios secetus veluti fæx dispellitur. Hisce fidei mentis indagine pensitatis, amplius nec feminis varietatem miramur, nec ipsius incrementum, quo id, quod emissum est, restauratur, ut modo ordinario secundum legis divinæ præscriptum vigeat ordo generationis. Quod autem naturæ παρεστα σeu monstra producantur, hoc sit extra ordinem & per accidens, quem processum in rerum natura Deus non instituit, quippe qui destitutus est veritate entitativa & fundamentali, seu convenientia cum intellectu divino, horum vero causa est, non ex semine proprie, non in semine; sed vel seminis abundantia vel ejusdem defectus, vel illegitima mixtio.

mixtio, nec non imaginationis vis, & aliarum qualitatum vires facultatem formaticem impedientes. Qvod vero Epilepticus epilepticu, mutilus mutilu interdum generet, non mirum, cum semen sit corpus variis qualitatibus refertum; verum enim vero in animalium generationibus, juxta svtum naturæ cursum recte usurpatur a Deo datus hic naturæ thesaurus, cum nihil in eo deest, nec quidquam abundat, sed oriuntur tunc ex eo animalia iuxta optimi conditoris legem, hinc ipsius sapientiam & providentiam decantat, æque acarus inter animalia minimus, ac Elephas inter eadem maximus, homines etiam gratissimo horum spectaculo delectantur & suavissimo alimento sustentantur, sine quo nec ad palatum apparantur mensæ regiae.

§. III.

Ostensa quodammodo seminis natura, exigit ratio connexionis ut nunc annexantur diversæ animalium species, quibus hoc semen tribuimus, pro-

nobilitate ignobilitateve animæ. Cum vero, a singularum specierum enumeratione, deterreat nos ipsa multitudo; spe consequendi verius Lectoris candidi favoris, in diversas classes pro nostro arbitrio illas distribuimus. Ad descriptionem vero horum animalium pro diversitate classium non novitatis aut venustatis pruritu adducimur, sed sequimur heic methodum haud infimi comatis virorum, ut elucescat clarus id, quod volumus, maiusq; momentum & pondus dictis addatur.

§. IV.

Hic est animalium quadupedum Rex, ipse Leo pugnans a parte eorum, offendensq; quod de supra explicato semine participant & vim hanc spermaticam ab optimo datore inditam conservent, postquam ea perfecta ex terra eduxisset; semen a. eorum, est liquor quidam crassus, candidus & spumans, qui ab utroq; sexu emissus digeritur & sanguine nutritur donec concinne elaboratus fœtus per partum emit-

mittitur, hujus effectus artifex est ipsa forma latens in intimis seministhalamis unicuique speciei in principio crea-



tionis indita, sed hic magno fervore,
majori fastu & astu Adversarios insur-
gere scio, qui laborant sudantque, quibus
modis destruant immedietam forma-
rum in brutis in primordio rerum a
Deo creationem, ut earum tollatur exi-
stentia in semine, sed (Deo henos) clari-
rius nobis nunc affulget Phœbus, qvam
ut nebulæ istæ nobis veritatem aufe-

rant : pluribus ista exponerem, nisi id
aliorum opera non ita pridem efflctum
esset, quæ quicquid virium adversis ra-
tionibus esse visum est, non infeliciter
enervavit. Hoc solum dicimus, bru-
torum formas nec esse animam ratio-
nalem, ut pythagoras, Anaxagoras, plu-
tarchus, Michael Montanus, Stephanus
Pasquierus, nec sanguinem in corde
calefactum, & in spiritum attenuatum,
a cuius motu varii illorum motus pro-
fiscantur, ut Cartesius, nec flammu-
lam quandam, seu tenuissimi ignis spe-
ciem, ut Gassendus, nec a Deo imme-
diatenunc creari, a cœlo induci e mate-
ria educi, pernego, sed illas formas esse
mediæ naturæ inter spiritum & materi-
am, quippe quæ conveniunt cum Mate-
ria, & differunt à spiritu, & conveniunt
cū spiritu & differunt à materia, & à Deo
in principio creationis non solum qua-
drupedibus sed & omnibus brutis in-
ditas, pro specierum diversitate, unde
ipsorum fit propagatio, in cum & medi-
ante semine, constanter affirmo.


§.V.

En! à parte avium adest earum
Regina, Aqvila dicta, qvæ testatur



erotum volantium genus de hoc semi-
ne participare, quod Deus ipsi indidit,
quo mediante sese aves per naturalem
consuetudinem multiplicant, hoc per

acto, semen naturali matricis calore densatum, mutatur in ovum prolificum, cuius etiam crassior pars putamen constituit, aquosior albumen, aeris & ignis partes in vitellum mutantur. Hæ autem partes secundum Aristotelem, Albertum & Aldrovandum propriis tunicis separantur: sunt enim ovi tunicae tres, una vitellum continens; secunda albumen, tertia testæ adhærens, hæc ovi substantiam à testa defendit, secunda mollior est, quippe quæ albumen in pulli generatione continet, pullumq; complectitur, qui incubante ave ex parte ovi seceritur. Cum vero avis intra se perficere nequeat pullum, cibum una parit in ovo, secus accidit in ijs, quæ forma animalis nascuntur, illis enim cibus in alia corporis parte paratur, quod lac vocatur, hinc rectè Aldrovandus: *que coivit gallina aut alia quevis volueris ovum concipit, ubi primò minutum & candidum cernitur, mox rubrum cruentumq;, deinde increscens luteum & flavum efficitur, totum jam amplius nectū discernitur, ita ut intus sit pars lutea, foris candida ambiat*




Ostendit Rex piscium cefus, & totum piscium genus, etiam mediante semine in aquis sese propagare, æquè ac quadrupedia animalia & aves scilicet per congressum & semenis mixtionem. Hic non moramur eos qui dicunt omnes pisces esse fœminas & sine mare concipere, aiunt etiam eos qui mares habiti sunt, differre à suis fœminis modo plantarum, in quibus altera fructifera est altera minus, quod si verum eslet, nihil nisi sterilitas exspectatur. Nos vero dicimus quod in piscibus sit sexus maris & fœminæ, omnesque generantur naturali modo & licet obiificant, quod qui ova pariunt tam innumera, fere non multiplicant sese ista ratione, tamen eo nihil proficiunt, quippè quæ vel animal vel ovum generant perfectum non pariunt tantam multitudinem, piscium ova ab avium longè sunt diversa; fœminarum ova in piscibus nullum habent finem, nisi mas suum semen aspergat, quare eodem Tempore quo evenit incrementum

mentuū seminis in mare, fit etiam ovi
in fœminis; qvando mas semine tur-
get, & fœmina ovis fit conjunctio,
quam magna celeritate peragunt, nec
absolvitur captu sive acceptione semi-
nis & ovi per os, ut quidam volunt,
sed admotis invicem supinis partibus
uti ritè id pronunciat Herodotus:
*quasi seminis raptu pisces impletantur, nec
vident id fieri non posse, meatus enim
qui per os intro tendit, in ventriculum
fertur non in vulnam, quodque ventricu-
lum subjerit alimentum, id fieri necesse est
coquatur enim, vulva autem plene ovorum
sernuntur que unde queso subierit?*

§. VII.

Nec serpentes in suo genere, suo
destituti sunt semine, ipsis ut cœteris



animalibus in principio creationis in-
dito, hinc mutuo complexu conjungun-
tut

tur & semina miscent' pariuntq; ova fœtum excludentia, excepta sola vipera qvæ ita dicitur quasi vivipara, quod vivum animal pariat, quod vero fœmina in ipso actu, generationis collum marit comprehendit, ipsum strangulat, deinde ventre dilacerato, a catulis illa etiam enecatur, fabulosum esse testatur Sperling in suis institut:

§. VIII.

Dimicat hic Draco pro genere Draconum quod suum etiam habent



semen, quo mediante suum genus in vastis solitudinibus, abditis montium & rupium antris propagant. Exurgunt hec


heic diversæ opinione, tam de non alatorum Draconum ortu, quam alatorū, illos dicit Aldrovandus & quoad generationē & naturam ejusdem esse cum serpentib⁹ speciei, & nihil aliud esse quā insitatæ magnitudinis serpentes, qui per multas ætates in tantam corporis excrevere molem ut vulgares longe exce-
dant. Quod attinet ad alatos quidem, eos non dari existimant, ponderata maledictione serpentis, Gen. 3. v. 14. ubi serpens in ventrem serpere iubetur, sed hæc maledictio competit potius non alatis, cum strictius sub genere serpentum illi contineantur, quam alatis. De ortu vero Alatorum dicit Baptista Porta, quod generentur ex ovo fœcundæ gallinæ, dum quis ova fœcunda in scrobe plena serpentum tabe aliisque hu-
jus generis venenis per temporis ali-
quod spatiū merserit, oriri potest a-
nimal visu & tactu nocens; Kircherus
in Mundo suo subt: lib: VIII. secl: 4. c: 2.
suam tam de Alatorum, quam alis pri-
vatorum origine, aperit sententiam,
qvod

quod oriantur ex varia seminum mixtura, in cavernis montium facta, dum ab aquilis in hujusmodi locis verlantibus comportantur omnis generis animalia, ut Serpentes, Aves, Lepores, Agni, Canes & pueri etiam interdum abrepti in deserta illa, Hinc quando haec animalia aut a volucribus rapacibus absumentur, aut computrescunt, semper decidit ac remanet portio aliqua seminis, ita fit, ut ex vario seminum confluxu in disposita iam fermentatae putredinis materia nascatur animal. Fatemur quod in tam ardua re difficile sit, quid certi statuere & tantorum virorum authoritatibus contradicere, est tempestatibus semet expondere. Suam tamen cuique relinquitur sententiam, nobis vero nostrum si quis desideret judicium, arridet illorum sententia, qui dicunt eas esse perfectas species, a Deo in initio creationis ex massa chaotic productas, & benedictionis hoc thesauro cum ceteris animalibus dotatas. Itaque semina miscent sequuntur multiplicari.

tiplicant, modus tamen indagatu est difficultis. Herodotus mutuo comple-xu eos congredi verisimile dicit. Elia-nus scribit, non esse absurdum coire illos & parturire.

§. IX.

Claudit Agmen locusta declarans insecta hoc semine non esse destituta-



Deus enim illis æquè benedixit ac ce-teris animalibus, ut sese hoc semine mul-tiplicarent, qvod fit nunc per mutuā con-suetudinē, nunc sine ea, ut postea dicetur, & licet minutissima sint habent tamen organa sibi congruentia ad hanc actio-nem perficiendam. Elucet enim præ-primis in hisce animalibus divinæ o-minipotentiae jubar, sicut enim facilius potest faber componere catenam, cuius annuli funduntur magnitudine & cir-cum-

circumferentia pedali, quam catenulam, cuius annuli vix instar punctuli medium concavitatem habet & sicut ex ferro citius & commodius construeret omnia membra magni Elephanti, quam ut ex ferro itidem conficeret interna & externa muscae, ne dum alterius vermiculi alati; ita potentia Dei in parvis creaturis magis conspicua est, quam in belluis ut Eleganter Franzius.

§. X.

Brevissimis sic delineata animalium generatione! in genere, quæ sine semine fieri non potest; heic merito properaremus ad illas animalium classes, quæ sponte oriri videntur, absque hoc semine priusquam longius à litore navigare nobis federet sententia; sed quia contrariæ, quæ circumferuntur opiniones, nobis in posterum ad earum classium enodationem apertius pandunt viam, ideoque primo videndum, quid ponderis insit illis sententiis, quas tandem iactant Antagonistæ, dum furentius

rentius in campum nostrum profiliunt. Distinguunt primo inter animalia perfecta & imperfecta; dicunt non solum animalia imperfecta absque interventu seminis a corporibus cœlestibus produci posse, quippe Insulæ a continentis disjunctissimæ abundant perfectis animalibus, quæ tamen neque ab iis, quæ in primæva rerum creatione Divini verbi imperio producta sunt, propagari potuerant, cum omnia paucis exceptis, diluvio interierunt; nec eo pervererunt natando ob latissimi maris intercapelinem , nec manibus advecta fuere , cum eorum multa efferrata, sint, ut Leones, lupus, Panthera. Addunt etiam Exemplum Phœnicis, dicunt eum non ex ovo, sed ossibus aut cinere demortui parentis nasci, unde inferunt etiam formam ipsius a Cœlo induci.

§. XI.

Hæc tela licet primo intuitu nobis in nostris castris haud leviora esse videantur, quam Achillis, dum Hectorem in prælio

lio vicit, non tamen adversariis, ut Achilli astulgebit triumphi honor, quippe tela illa ad lydium lapidem examinata, & ad stateram rationis revocata, plumbeo excipimus gladio: inspicimus enim primò distinctionem eorum ratione perfecti & imperfecti, nec illa extra omnem notam posita est, cum nullum insectorum imperfectum sit, habent enim omnia quæ habere debent, & nulla imperfectione laborant, cum perfectionis formale consistat in indefectione, ut bene hac de re diligenter. From: de bonit: cap: V. p. 155. Thuron. cap: 2. pag: 10. qvin potius miremur in minutissimis istis animalculis industriam, artem & sagacitatem. Et si cui membrum deesset, quod habere deberet, ad nullam certam animalis speciem referri posset. Quantum ad ipsas rationes, illæ in synodo philosphorum dum explosæ sunt; Effectum sua causa nobiliter esse nequit, quomodo id, quod vita caretrem viventem produceret? Cœlum est expers vitæ, unde itaque tanta

vis tantaqve potestas in cœlo ut alii
 communicaret quod ipsum non habet? Profecto si absurdum sit generantem
 genito non communicare suam essen-
 tiā, si absurdum sit generantem &
 genitum numero non differre, nec spe-
 cie convenire, absurdā etiam erit eo-
 rum sententia, si impossibile est idem
 simul esse & non esse, habere essentiam
 & non habere essentiam, esse rem &
 non esse rem, etiam impossibile est eo-
 rum sententiam à veritate laurum pro-
 mereri, dum derogant ipsis animalibus,
 quod illis debet, scilicet seminum, qvod
 revera habent. Modum vero, quo hæc
 animalia oriri possunt, demonstrat D.
 August: quod illa animalia inquit, qvæ
 sola commixtione maris & fœminæ
 propagentur, credi possunt post diluvi-
 um ad insulas natando transisse, sed
 proximas. Sunt quædam a continen-
 ti ita disjunctæ, ut ingens hoc inter-
 vallum natationis avidum defatigaret
 in quas tamen ab hominibus venandi
 studio occupatis, permisso Dei & opere

Angelorum advehi possunt, seceq; propagare. qvod attinet ad Phœnicem fabulosum est illam dari , & ex demortui parentis cinere generari, & licet patribus placuerit illum imaginem futuræ resurrectionis proponere, id tamen non pronunciant adsertive & affirmative sed narrative & relative.

§. XII.

Nec dum res expedita est, nam hydroæ veluti lerneæ resumunt capita, & novo objectionis aculeo nos conantur vulnerare, cum dicunt imperfecta, quæ vocant animalia, insecta, in terra, mari, arboribus & plantis absq; ullo seminio oriri posse, quod tam firmo innixum volunt talo, ut omnem impetum secus sentientium eludat ; dicunt autem, cum tot animalcula, oriri videantur in variis hisce locis absq; semine, cui tunc tribuendus, nisi cœlo illorum ortus? nec hunc nodum gordium esse existimamus, cuius perplexi nexus ut scindantur non opus est vel œdipo vel Alexandro. Quippe nodus

dum in scirpo quærunt, & atramentum
in nive vident, dum adversantur tot
sobrie philosophantium sententiis;
multorum eruditorum consensu &
concentu immotis, in comitiis sapien-
tum ventilatis & calculo experientiæ
probatis, quas proximo §. præced;
declaravimus: proinde in re tam per-
spicua longiori verborum antractu
non opus est, tantum addimus
quod cœlum haud parum juvat hujus
generationis processum, non ut causa
particularis sed universalis, eo modo
quo hominis, canis, & omnium anima-
lium. Huc pertinent verba præclari
cujusdam Philosophi; *Pendent inferiora*
hæc à superioribus propter equivocam connexio-
nem non propter univocam effectionum
communionem. Dum nihil habent,
quod adducunt in sententiæ suæ
defensionem, ex proprio cerebello fin-
gunt cœlum esse præstantioris naturæ
quam sunt infecta; nec absurdum di-
cunt perfectissimum inter non viventia,
qvale est cœlum, nobilitate vincere im-

perfectissima viventia, dicunt igitur in
hoc negotio, nullum impedimentum ob-
jici ab hoc canone, causa est nobilior
suo effectu. Sed quis tam tardus & bar-
dus sit, qui non videt, sentire, vivere, præ-
stantius esse eo, quod perfecta gaudet
essentia hisce absqve operationibus, ut
res inanimata. Hic notandum, tria
illa Scholasticorum operatio, facultas
& essentia, in quibus, quo perfectiora il-
la priora, eo perfectius est ultimum. Deus
est mensura perfectionis, quod itaq; ob
plures perfectiones σύνθετας loquendo
ratione minoris & maioris recessionis a
nihilo ad Deū accedit proprius, perfectio
est eo, quod ob minores perfectiones re-
cedit a Deo longius, & accedit ad non
ens, ut cœlum: utpote quod non tan-
tis fulget perfectionum radijs ac res a-
nimata.

§. XIII.

Ast, plura Exempla adhuc tanquam
a thecis suis protrahunt, ut ex crescen-
te exemplorum mole, crescat eorum
sentientiae vigor. Dicunt anseres oriri in
sco-

Scotia, ubi nulli anseres antea fuerunt, quorum ortum haud sine admiratione, præter navigantes vident, tum etiam pisces varij generis in fossis generari, absq; ullo seminio. Rationem addunt; quia si quis omnem exhauriat aquam & omnem limum, aut fecerit novam fossam, testatur experientia illam aquā etiam piscibus impleri. Addunt & hoc, quod mures orientur in navibus, grylli in ædibus nuper exstruetis absq; ullo semine; sed hæc exempla nos tanto-pere non turbant. Fatemur quidem hic dissonum sensum exoriri inter Philosophos; quod attinet ad anseres dicunt quidem eos generari ex foliis arborum, quidam ex putribus navium fragmentis, quidam ex mucore carinæ alii ex viscosa scopulorum marinorum liquore educi putant, quæ omnia exactius ponderata, nos subiecta tantum horum Anserum agnoscimus, in quibus generari possunt, non causam proximam, sed genuinam hujus

prodigiosæ geneseos causam cum Kirchero eandem statuimus, quod in illo mari nulla præter anates & anseres volucris reperiatur, unde hæc anserum multitudo miram ovorum copiam deponit in glacie, accidit vero ut solis æstu rumpatur hæc ovorum congeries, quæ fluctibus maris involuta fertur ad obvias insulas, qua maris impetus patet. Cum vero ipsa Scotia sit inter viciniores insulas, hinc ex ruptorum ovorum ad eam diffusa multitudine, inventa convenienti matrice, accedente dispositione caloris tum intrinisci, tum ex trinisci, cum tempore perfecta volucris excluditur, Piscium vero illorum causa proxima nec cœlum est nec cœnum, sed seminium eorum, quo replentur fossæ, quippe quod vel ex vicinis lacubus deducitur per subterraneos cuniculos, vel cum pluvia decedit. Qvod attinet ad mures & gryllos, quos nobis obiiciunt, tum nec illi suo destituti semine oriuntur, hoc testatur D. Franzius in naves *inquit oncrarias ma-*

gnas simul importantur mures latitantes in
mercibus, quos mercatores, per bene longa
temora in suis edibus prius collegerunt, sic
meminimus gryllos ex aliis oppidis trans-
latos cum vestibus peregrinantium in purissi-
ma aliorum hypocausta, nec nobis obstat di-
ctū illud salvatoris per prophetā, *ego sum*
vermis & non homo. Ut quidam voluit,
quia non eo indigitatum voluit Salva-
tor quod sicut vermis nascitur sine se-
mine ita ipse sine ulla seminis præex-
istentia genitus sit, sed aliter illud est ac-
cipiendum, sacrum illud os, humanam
Christi generationē eo declarare voluit.

§. XIV.

Non proinde juvat eos contexere
aliquas aranearuin telas, ut simplicem
veritatem, ut credulos animos illaque-
ent, tantamq; exemplorum molem pro-
ferre, quæ male intellecta pessime abiis
exponitur, prostant alia exempla ma-
gis mira in hac œconomia animalium,
quam quæ ab illis allata sunt, Non ta-
men admittimus ea sine semine oriri.
Et ne videar nudum verborum strepi-

tum fundere, unum exemplum profaram. Enī mirandam originem animalium in succino lapide sive electrico, scilicet muscarum, formicarum lacertarum & similiū, & licet lapidis duri-
ties, pororumque absentia, prohibere
videantur seminis ingressum. ortum ta-
men illorum minimè negare possumus,
ne dicam in superficie, sed in meditul-
liis hujus lapidis. Testantur hoc Pli-
nius, Dioscorides, Brasavolus, hic ait
se habere succinum, in quo adeo mire
formica inesset, ut ne minimum quidem
crus desideraretur: hoc in super confir-
mat Kircherus hisce verbis: *misi inqvit
preteritis annis ad me serenissimus Augu-
stus Dux Brunsvicensis & Luneburgensis,
princeps omni scientiarum genere raro exem-
pto excultissimus, pro suo in me meaq; studia
affectione Jane singulari, frustrum succini dimi-
dio palmo longum in quo natura exhibit la-
certulam, ita integrā ut nullum in ea mem-
brum sit, quod luculentissimē magna intuen-
sium admiratione spectetur. Hic tamen
mirandus ortus non probatur sine se-
mine*

Mine sed verisimilis videtur hac de re
 sententia Kircheri, quod illud mare inge-
 ti copia bituminis ex terra profluentis li-
 quoreq; amœni abundat, hoc mari
 ex alto fluctus devolvente volvitur in-
 ter arenas & saxa ipsum bitumen. Hinc
 inox qvando hæc animalia vel invo-
 larunt vel irrepserunt vel inciderunt
 in mare, corripuit eadem bitumen, &
 cum se expedire non valeant, qvam
 facile hæc animalia unda trudente mate-
 riā, in meditullium hujus involuta deti-
 nentur, quæ deinde successu temporis
 in duram materiam lapidescunt, atq; sic
 nobili hoc electrico, sepulchri monu-
 mento, animalcula illa honorantur.

Hinc Martial: dicit.

*Dum pbaet bontea formica vagatur in umbra
 Implicit tenuem succina gutta feram:
 Sic modo que fuerat vita contempta manente
 Funeribus facta est nunc pretiosa suis.*

§. XV.

Fugatis sic tenebris & dispulsis ne-
 bulis, clarus effulget amabilis veritatis
 radius, sub cuius umbone tecti, intre-
 pidè

pidē statuere possumus nec minutissimum animal sine suo semine oriri posse, & qvamvis ubiq̄ absq̄ hoc, ingens infectorum apparatus generari videatur modum generationis hujus ignorantis in terra, aere, saxis, aquis & aliis subiectis non tamen ita revera est, cum argumentari a modi ignorantia ad rei negationem infirma sit consequentia. Modum vero hunc paucis expōnemus. Non latet nos animalia tum majoratum minora, nec non alia corpora mixta magnam copiam feminis in se continere, hinc dissoluto corpore, accidit, quod qvando illi spiritus qui cum illo integro formabant tale vivens, consumpto humido separentur & avolent, ut Ex. G. corrupto bove non avolant spiritus scilicet animales conjuncti sed divisi difflantur atque disperguntur huc atque illuc, volitant per aërem, à nebulis, ventis pluviis deferuntur ad plantas, arbores, saxa & alia subiecta, ubi spiritus in tali copia coniungantur ut ex iis possit constitui ani-

animal, mox beneficio principii seminalis illis inexistens confurgit animal pro ratione virtutis seminalis. Hinc terra, aqua aer hujusmodi feminis plena sunt, quippe ut minima quædam corpuscula sunt, ita facile vehiculo vaporum & halitum ex terra mari & fluminibus elevantur & citra moram occupant aerem, ubi æque ac in terra & aqua disposita inventa materia, mox vitæ ordinuntur telam ita non mirum, vermes illos cum pluvia decidentes innubibus generari ex variis halitibus animalium. Ob eandem causam, incomparabilis quidem naturæ interpres, dixit se vidisse locum convallibus undique septum, quem fons nullus rigat, nullus locus alluit, denique præter Cœlestem imbre nihil admittit, variis piscum generibus impleri, intraque paucos menses omnium piscium copia abundare, cum tamen nullus adhuc piscis in eum illatus fuerit, sed hoc notandum, quod tanta piscium ubertas, ibi non eminebat

bat anteqvam terra s^vavissimo imbre
conspersa fuit, seminium ecrum in se
continentem.

C. XVI.

Horum infectorum ortus fit sœpe
in ipsis animalibus & plantis, ut lum-
brici in intestinis puerolorum & in a-
liis membris: causa est semen horum
vermiculorum, quod cum nutrimento
assumitur qvo animalia nutriuntur,
Lumbrici unde proveniunt nisi a co-
pioso lactis potu, dulciumque rerum
cibis? lac enim plenum insensibilibus ver-
miculis, qvi natales suos habent ex se-
mine cum alimento a vacca assumpto,
quod una cum chylo intra uterū vacarū
derivatur, ex his patescit causa illorum
serpentum, qvibus Lycostenes scribit
Anno 1549. in Hungaria tria millia ho-
minum perisse, nam propter humidam
& pernicioſam anni constitutionem,
fructus terræ putredine noxia infecti
aqua & fontes serpentum fœturis re-
ferti fuerunt: Ita vermes in varijs cor-
poris

poris humani membris nascuntur ut
Licetus piræus Schenkius referunt, qvo-
rum causa est sanguis putrefactus ho-
rum seminiis refertus : Qvod vero ex
plantis varia nascantur animalia, non
est quod multis dicam, cum ipsa etiam
hoc dictitet experientia, & non solum
ex ipsis plantarum foliis radice & alijs
partibus, sed etiam in ipsis nucibus,
& folliculis almi & herbarum aliarum
cum clausi sint proveniant, hoc fit
quando muscae advolantes sese peni-
tius insinuant intra calices florum, ubi
calore solis, resuscitantur. Quando
vero ex aliis herbarum partibus oriun-
tur, causa est seminium attractum a
sensitivæ naturæ spermaticis corpuscu-
lis, una cum humore quo nutriuntur,
unde præclare Kircherus non est ullain-
quit in rerum natura aut planta aut animal
quod non ex se ipso aliud insectum producat
cum nullum ex utroq; sit quod non putredinem
subeat, in putredine vero calore fermentata la-
tes id seminium quoque tamen modo decisum
quod

quod utiq; non credidissim nisi me frequens experimentum senscropsi de rei veritate certiore fecisset. Accedit & hoc, quod seminia illa insectorum in plantis possint etiam provenire ex aliorum animantium excrementis, quæ humori terræ juncta a plantis in alimentum attrahuntur, nec mirum hoc ipsum cum ex variis animantium sive terrestrium sive volucrum excrementis omnis generis insecta oriri possint:

§. XVII.

Et licet prædicto modo sponte oriri videntur insecta, tamen naturalem consuetudinem ipsi haud negare possumus: sed hinc statuimus illa diversas rationes genereos habere, ut Scharabæj, alijs in arboribus suos natales sortiuntur, quidam intra terram; quidam, partim ex congressu, partim ex suo seminio sponte nascuntur, qvorum tamen omnium eadem est origo. Sic muscæ partim ex commixtione mutua partim ex eqvorum, boum caprarum similiisque excrementis; ita formicæ nunc ex

ex debita propagatione nascuntur, nunc ex urina animalium, nunc ex cādavere fomicæ, qua ratione omnia infecta, alio atque alio modo oriri possunt, modo adsit illa seminalis vis, quæ aliquid molitur & fabricat in bene disposita materia, cum otiosa stare non possit. Plurium insectorum ortum heic annextere e re esse non ducimus, cum ex dictis satis qvisq; nostram colligere possit mentem. Prohibet insuper studium brevitatis multas implere chartas talium enumeratione, cuius maximam habemus rationem.

§. XVIII.

Campus hic dissertationis fructum affert copiosum, ut qvo plures resecentur herbæ, eo plures enascantur. Nos enim ad finem tendentes, in hac œconomia animalium, evaginato adhuc objectionis adoriri tentat gladio adversa partis cohors, dicitque omnia hæc infecta quæ spontaneo ortu oriri videntur, non esse ejusdem speciei cum aliis ejusdem nominis, proferunt ratio-

num suarum pondera. 1. Omnes effectus determinati habent necessariam connexionem cum suis causis: at, si eadem speciei animalia possint indiscriminatim ex putredine & semine generari, non necessario cum suis causis cohaerent, non igitur animalia, quæ illis duobus modis gignuntur specie convenient. 2. Natura nihil facit frustra, nec facit id pluribus, quod paucioribus potest efficere. 3. Specifica formarum convenientia arguitur ex operationibus, sed animalia hæc non similes edunt functiones. Hæc Tela sat is splendida videntur primo intuitu, sed quod attinet ad primum, claret, sub specioso hoc velamento latere fallaciam ignorationis Elenchi, non enim est quod nobis opponant solum putrem hanc materiam, ubi tamen intelligimus semen latens in diversis subjectis. Concesso hoc, citra omnem dubitationis aleam necessarium habent concedere hos effectus necessario cum suis causis cohaerentes.

hærere, hinc proinde nulla astruitur specierum diversitas. Nec secundum nos magnopere movet, etsi enim prædicta animalia utroq; modo orientur, neutra tamen ejusmodi viventium generatio supervacanea est: Illud enim supervacaneum est, quod nihil confert ad mundi hujus vel pulchritudinem vel integratatem, at utricq; modi hoc faciunt: sicut nec supervacaneum aut otiosum est exitari ignem nunc ex alio igne. nunc attritu lapidum nunc radiorū solarium coitu; pari modo & hæc generatio otiosa non est. Ad tertium respondeamus, antagonistas petere principium, neq; enim possūt probare dissimilitudinē operationum in hisce animalibus, quia eandem habent membrorum compositionem, figuram, motum & inclinationem, propter formam, quā eandē habent cum ceteris: Quæ ergo ratione essentiæ facultatum & operationum conveniunt specie non differunt.

§. XIX.

Pectus spectantis tantam insectorum differentiam, haud immerito ingens subeat admiratio, cur natura tantam eorum copiam producere voluerit: Pectus tamen candidum non admittit execrandas illas nebulas, cum quibusdam Sciolis ad quas gemit virtus, offuscatur veritas, fundit lachrymas pietas, quippe qui eò dementiæ progrediuntur, ut non vereantur pati falsam hanc opinionis larvam animo suo apponi, quod à Diabolo infecta sint producta, postquam deploranda peccati fax in totum hominum genus deflagrarit, sed quis non videt hanc sententiam non tantum habere veritatis, quantum pulex habet sanguinis, ut potestate quæ refragatur S. Scripturæ examini, & rectæ rationis dictamini; Deus enim est qui eorum species eduxit in primordio rerum æq; ac ceterorum animalium. Hinc quodlibet insectum vivit, viget essentia sua perfecta atq; bona, Deus est causa omnis entis veri &

positivi, Diabolus vero non est nisi fons
& scaturigo omnis mali. Proinde non
possimus statuere Diabolum eorum
causam, nisi nos præcipitare volueri-
mus in periculosum contradictionis pe-
lagus, quod claret ex invicto isto ve-
ritatis principio: *Impossibile est idem simul
esse & non esse.* Quam præclare dixit
August: cuidam qui muscas à Diabo-
lo creatas esse dixit, cum aliquando ad
tædium ab ipsis afficeretur: Si diabo-
lus inquit fecit muscastum etiam apem,
quæ paulo amplior est quam musca,
si apem tum etiam locustam, tum et-
iam lacertam, si lacertam, tum etiam
avem, si avem tum etiam ovem, si ovem
tum etiam bovem, si bovem quin & ele-
phantem & hominem. Peripatetici
volunt insecta saltem ad decorum uni-
versi educta esse & ob nullam aliam
causam: Sed fana ratio cum ipsa ex-
perientia evincit, insecta varia com-
moda hominibus præstare, scatent e-
nim terra aer & aqua venenosis cor-
poribus, hinc terrestria insecta mune-

re suo funguntur : Quicquid in terra virulentum, pernitiosum & exitiale est, miro magnetismo attrahunt, ne universa terræ mole hujusmodi inquinantis depravata inficiantur alimenta, quibus nutriuntur & sustentantur homines; pari modo aquatilia & volatilia quicquid virulenti & in aqua & aere est, per mirificum magnetismum inse derivant, atq; hoc modo depurgatis, nova oritur salubritas & licet qvædam molestia sint & fastidiosa hominibus, sua tamen utilitate non carent, ut pulices, qui præstant id in hominibus, quod vespæ & crabrones in ceteris animalibus putridum scilc. eliciendo sanguinem. Ad etiam medicos & miraberis apud ipsos eorum usū, adeo, ut vix sit insectum quod non insigne in medicina affert emolumentum.

MEMBRUM QVARTUM.

Ortum hominis ex suo semine paucis enodabit.

§. I.

Deficiunt membra, torpet calamus stupentiq; similis animus hæret ad-

admiratione suspensus, miraculum hoc
 miraculorum animalium Regem, Deum,
 terrenum ipsum hominum sufficienti
 penicillo suo adumbraturus. Quid est
 in quo plures divinitatis radii eluent,
 quib⁹ perfusis ex obscuro ceterorum
 animalium grege evehitur homo, quem
Deus iussit & erectos ad sidera tollere vultus. Cui tanta naturæ majestate felici æ-
 ternitatis illud consistorium inenarrabili
 sua benignitate haetenus a nobis ex-
 cussarum rerum classes constituit,
 quemadmodū enim convivatores non
 prius ad cœnam vocant, quam instructū
 est bene convivium, & qui edunt ludos,
 prius quam spectatores vocati conve-
 niunt, in theatra vel stadia, parant co-
 piā earum rerum, quæ ad oculos aures-
 que oblectandas pertinent: ita etiam
 mundi totius imperator, tanquā convi-
 vator ludorumq; præfectus, vocaturus
 hominē ad convivium, simul & specta-
 culum, quicquid ad utrīsq; pertinet, præ-
 paravit, surgat proinde heic jupiter &

provocet minervam, ut det mihi intellectum promptū, & calamum expeditum, quo brevi delineem tabula, ea quæ spectant ad ortum saltē & genesin mirandi hujus naturæ spectaculi; præstat habeamus nostrū asylum sacras pandetas, hæ nobis satis superque ostendunt illum conditorem, cui nihil est difficile hic omnipotentia suæ alas expandisse, qvippe dicente Mose Gen. 2. v. 7.

Formavit inquit DEUS hominem ex limo terra & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae & factus est homo in animam viventem.

Hinc homo constat duabus partibus essentialibus, corpore scilicet anima, illud ex terra, hæc ex inspiratione divina orta est, in faciem vero Evæ DEUS spiraculum vitae non inspiravit, cum costa ex Adamo jam dormiente desumpta, corporis & animæ fuerit quoddam quasidomus, ideoq; non opus habuit nova animæ creatione, hic primus fuit propagationis modus, quem durare voluit ad istius diei terminum, qui & mundo erit ultimus, ob id animæ filiorum tradu-

traducuntur a parentibus animatis, ut
 Evæ ex animato Adamo, atque hæc est
 illa generatio, de qua Deus loquitur
 Gen. I. v. 28. *crescite & multiplicamini &*
replete terram, quam D. Calov. continua-
 tam vocat creationem, secundum quam
 quilibet Christianus dicit ex art: I. Ca-
 techismi L. *Credo quod Deus me creavit.*
 disflerunt solum in hoc propagatio Evæ
 & aliorum hominum, quod ibi medi-
 um fuit costa, hic semen, ibi Deus &
 mas operabantur: hic Deus, natura, mas
 & fœmina. Hæc quadrant verba Heid-
 feldii, quæ Sperlingius profert in sua
 anthrop. 4. inquiens modis Deus hominē
 producit. 1. facit hominem sine viro
 & fœmina ut Adamum. 2. producit
 hominem ex homine sine fœmina ut
 Eviā 3. ex viro & fœmina secundum
 communem naturæ cursum, 4. de fœ-
 mina sine viro quomodo Christus na-
 tus est. Tertius modus est de quo no-
 bis nunc est sermo, & quodnam sit me-
 dium, quo totus hic generationis ordo
 peragitur, supra memoravimus, nempe

semen, optimum illum naturæ thesau-
rum.

¶. II.

Concessimus supra seminis varieta-
tem pro varietate specierū, prout speci-
es humana inter animaliū species est no-
bilissima, ita nobilius obtinet semen, cu-
jus cognitionem quicquid obscuritatis
moratur, sequentis definitionis lux faci-
le dissipabit: *semen hominis est corpus calidū,*
bumidum, spirituosum, spumosum & album ex
sanguine vi testium excoctum ad anima &
*corporis propagationem, & viventis genera-
tionem claboratum.* Definitum est semen,
cum vero omnis definitionis virtus,
consistat in duobus præcipue con-
ceptibus convenientiæ scil & discon-
venientiæ, ita ut absque his iejuna sit
atque ex sangvis totius definitionis ra-
tio, propterea habemus hic, quod pe-
tus exaturat, cum bini hi conceptus
in adhibita definitione non desideran-
tur, prior est corpus, posterior a causis
desu-

desumitur, à causa forma*'i*, a materia ex qua, efficiente & fine. Causam formalem declarant caliditas, humiditas, spirituosas, spumositas & albedo, ita ignicul⁹ veritatis cognoscendæ humano ingenio inditus, nos eo impellit, ut destituti vento secundo utamur obliquatione velorum, hærendo circa accidentia & corticem, dum nos latet ipsa cognitio formarum, uberiorem hujus definitionis annextere expositionem disvadet perspicuitas, quam facile videt, nisi qui in sole caligat.

§. III.

Exurgunt heic magna sententiarum divortia de causa efficiente, quam testes esse diximus; quidam statuunt semen provenire a cerebro; alii ab hepatate; alii a medullis, alii ab omnibus membris æqualiter, neutra autem harum tanta luce radiata, tantoque rationum pondere corroborata vivit, ut assensu nostro excipiatur. Distingvimus nos inter semen elaborandum & elat-

elaboratum, illud in venis & arteriis
continetur, estque nihil aliud, quam san-
gvis, ex quo formatur semen, qui per
varias quidem partes corporis deter-
tur, secundum ductum venarum & ar-
teriarum, tendentium ad ipsos testes,
ad illos priusquam pervenit non est per-
fectum & elaboratum semen. Ideoq;
sententia hæc fculneis nititur rationi-
bus, quæ venditat semen inchoatum pro
perfecto & elaborato, sed dicunt testes
non esse necessarios ad seminis præpa-
rationem, sed saltem sunt dignitatis &
melioris notæ ergo, cum invenian-
tur animalia, quæ testibus carent.
Sed hinc non tollitur necessitas eorum
in iis animalibus, quæ natura illis in-
struxit, dicimus igitur sicut impossibi-
le est sanguinem præparari sine venis
& lac sine mammis, ita etiam impos-
sibile est semen in homine sine testi-
bus præparari, hinc Galenus dixit,
testes & que necessarios esse ad sperma-
tis generationem, ut cor necessarium
ad

ad virtutem vitalem & cerebrum ad sensum & motum. Testes enim sunt substantia quædam spongiosa, glandulosa & alba, semen illud, quod ante imperfectum erat, in perfectam naturam feminis convertens. Hæc autem concinna & exquisita testium structura, non solum in maribus sed etiam in fœminis elucet, unde errant qui mulieribus hoc semen derogant, ubi enim eadem sunt organa, idem etiam organorum usus est: Deus & Natura nihil faciunt frustra.

¶, IV.

¶qua nunc animi lance perpenitus organorum horum admirandam atque exquisitam structuram, quam diximus feminis hujus elaborationem in intimis naturæ thalamis præreqvirere, facile videt, quam remisso arcus nervo tela vibrant, quamque ad feminis hujus intellectionem mentis eorum acies imbecilla est, non secus, quam ad solem nycticoracis oculus, qui statuunt naturæ hunc thesaurum esse ult-

ultimi alimenti excrementum, cum tamen habet dicta organa à natura sibi dicata, nempe venas, quæ satis patententes sunt, ut supervacaneum videatur reliquias qvasdam trahi ex partibus ad ipsos testes. Nec est qvod distingvant inter excrementum utile & inutile, illud, non hoc volunt semen esse, ut Magirus profert sententiam Aristotelis de generat animæ c.18. cum dicere excrementum utile, sit atramentum rubrum, lignum vitreum: Hinc Præclare Sperlingius: *Natura bic valde negotiosa est, 5 digitis sollicitis nobilem hunc fructum format, non tamen pars corporis, non alimentum, non excrementum est, datur excremento præstantius longe atque utilius, fructus nempe, vivipara animalia nuda gerunt semina, quæ fructus ventris vocantur fructus hi non excrementa sunt sicut nec poma nec pyra nec pruna; Cetera Anatomicis & Medicis relinquim⁹.*

§. V.

Hausta sic quodammodo seminis Natura lubet paucis inquirere, num in hoc

hoc semine etiam anima actu regnat,
En laboriosnm syphi saxum volven-
dum hic occurrens, quod multa eru-
ditorum pectora dcfatigavit: quid pro-
inde circa nodum hunc gordium, de
mea tenuitate præsagiam ? Ast sicut
omnis aer aquilæ pervius est ; Ita diffi-
cultas veritatis avido, quippe cui non
permittit acquiescere innatum ve-
ritatis cognoscendæ desiderium ante-
quam ad id , ad quod tanto de-
siderio fertur pertingat ; Sed absit a
me ut in re tam difficulti & subtili temere
quidquam affirmem, ne idem mihi ob-
tingat quod olim juveni isti vicentio
victori , qui cum reprehendens illam
Augustini cunctationem certo se de-
monstrare posse animarum creationem
assereret, gravi objurgatione ab Augu-
stino reprehensus est, quod de re tanta
tamq; obscura, quam per ætatem non
satis possit considerare tam temere pro-
nunciaret. Non dicam prolixè quid sen-
serit Psellus, quid plato in Timæo pag.
32. quid Baronius Philosoph. Ex-
ercit.

ercit. 2. Art. 3. quid Aquinas part. I.
Q. 118. art. 2. quid Galleus, quid Sem-
belus, sed paucissimis nostram aperi-
mus sententiam.

§. VI.

Nostra hæc assertio, quod in semi-
ne actu sit anima, hac suppositione clari-
us effulgebit, quod non de qvovis semi-
ne nobis sit sermo, quod enim in paren-
tum testiculis & prostatis hæret, neu-
tiquam intelligimus, neq; id, quod te-
mere profunditur, tunc enim nulla e-
lucet generatio ; sed cum necessario
requiratur causarum sociarum junctu-
ra, illa semina animata esse statuimus,
quæ pura & fœcunda in uterum tan-
quam in feracissimum agrum effundun-
tur, effusa milcentur, mixta retinentur
osculo favissæ clauso, quæ semina ani-
ma gaudere ex eo facile evincitur, quia
operationes eius ibi dantur, unde fluit
Arg. ubi animæ humanæ operationes
præsto sunt, ibi ipsa anima adest, at
in prima generatione operationes ipsius
præsto sunt, ergo ibi ipsa anima adest
tur

operationes enim ubi dantur, ibi
 nec negantur potentiae, ubi non po-
 tentiae negantur, ibi datur essentia ipsa,
 cur tum animae operationes de ejus
 essentia non testantur cum arg. ab
 actu secundo ad actum primum fir-
 ma sit conseq. Nam profecto in semi-
 ne intra uterum collecto, ne momen-
 to quidem otiosa est architectrix illa di-
 vina, sed mox a prima seminum in u-
 terum emissione actiones ipsius eluent
 variæ, quod Hippocratem non latuit,
 dum dixit genituram hominis die 7.
 habere quæ corpus habere debet. unde
 enim membranarum formatio? fœtus
 elaboratio? nec non ipsius auctio? nisi
 ab hac anima, quæ in semine est, &
 quamvis primis diebus videatur quasi
 abdita, hoc fit propterea, quia non nisi
 per organa corporis operatur, ut bene
 D. Misnerus; hinc tamen non statuen-
 dum cum nonnullis animam non ades-
 se, nisi post diem 40, arg. enim a diffi-
 cultate attingendi ad negandam rem
 ipsam invalida est vis consequentiæ, et si

enim deficientibus organis sensibiliter non operatur in semine, non tamen negatur ipsius essentia, totum hominis essentiale ibi est actu, totum vero integrale potentia, quod cum sit primū in intentione, ultimum in executione, demum perficitur a forma in hoc suo domicilio elaborando occupata. Hæc cum ita sint absq; rubore statuere possumus cum excellentiss: Physis, quod si ulla res animā in semine explicaret, sane explicat objectum qvoddam solis radiis expositum, figurā hominis cum omnibus membris per minutissimū foramen delineans in obscuro conclavi, si enim species imaginis hominis per punctuale hoc foramen intromittantur in chartā in obscuro cubili expositam, ipsa testatur experientia species imaginis intus repræsentari, admota vero foramini charta, sine mora omnes species conturbari. Qvo vero plus a foramine removetur, tanto perfectiores eminent species imaginis fiat applicatio : sicut

sicut in charta exposita , virtute species continentur, evolutæ figuram, situm , colorē singulorum membrorū destingvant, ita etiam anima in semine est virtute ratione ~~inceptuā~~, actu ratio-
ne ~~scitū~~.

§. VII.

Clariori veritatis luce radiat neten-
tia nostra, dum ponderamus ipsum mo-
dum traducendi hanc formam , qui
est ipsa generatio seu propagatio animæ
a parentibus in liberos, in cum & medi-
ante semine, quomodo itaq; verus hic
generationis ordo vigeret nisi anima es-
set actu in semine, cum tñ. non inveniatur
alius modus, quo anima rationalis sese
insinuat in suum domicilium, Deus e-
nim non immediate creat animas, dici-
tur enim qvievisse die septimo ab uni-
verso opere, quod patrarat, Gen.2:v.1.2.3,
qua qviete distingvere voluit immediata-
tam creat onem a conservatione rerum
ordinaria , illa in natura constituenda,
hæc in constituta locum meretur suum,
quomodo itaque animas crearet nunc,

quando semel a creationis opere cessavit? qvomodo Deus omnis bonitatis mellifluus fons & origo eslet causa peccati? ut Plato Rep. 2.p. 380. ait κακῶν
 ὁ θεός αὐτοῖς φάραί θεοί τινες γίγνεσθαι ἀγαθούς οὐτε
 θλευμακέτεον μηδὲ τροπών, quam proinde absurdum sit Deum esse causam mali
 qvivis homo emunctæ naris videt, cu-
 jus tamen autor esset si immediate nunc
 animas crearet, hinc Thummius: vir se-
 renæ Eruditionis luce irradiatus: si Deus
 inquit, in hunc usque diem immediate crea-
 animas, easq; creando corporibus infundit,
 tum creabit eas aut puras aut impuras &
 peccati labe contaminatas, non hoc, quia Deus
 non est author vel causa pollutionis & peccati,
 quin potius omnia ejus natura est valde &
 excellenter bona, neq; illud, quia neque hac ra-
 tione Deus omnino esset immunis a peccati
 culpa sed iniquitatis reus perageretur, quod
 1. animam puram jungat corpori impuro ex
 quo pollueretur 2. quod anikam puram damnet
 & in impurum corporis ergastulum detrudat.
 Magna qvidem elucet potentia divina
 in corporis formatione, non tamen ex-
 inde

inde licet inferre concursum Dei specialem sed universalem, Deus enim concurrit ad generationem hominis eo modo, quo ad ceterorum animalium, non motu physico sed prorsus ineffabili & eminenti modo, sicut enim lumen uniformiter prodit ex sole, & tamen pro diversitate nubium abit in varios colores, ita unus semper influxus est divinus, sed determinatur a causis recipientibus , ut bene Scarff. in transcend: phil. pag. III. Nec concedimus illas ex materiæ potentia educi posse, nisi nos in periculum contradictionis pelagus temere projiciamus, quicquid enim nec ex materiæ substâlia nec ex ejusdem accidentibus oritur, id ex materia non oritur, formæ nec ex materia substantia nec ex ejusdem accidentibus oriuntur, ergo formæ ex materia non oriuntur. Jam vero potentia materiæ aut est substantia aut accidens materiæ, si substantia mutaretur in formam , si accidens abiret in substantiam. Qvis itaque sit tam perfictæ frontis & perfectæ mentis ut hanc admittat

absurditatis larvam, quamvis enim forma sit in cum materia non tamen ex materia aut ejus potentia, Distingu. inter potentiam formæ & potentiam materiæ, inter materiam in qua & ex qua, inter principium passivum & activam, inter dependentiam generalem & specialem, inter esse in materia potentia, ratione receptionis, quod a materia possit recipi & ratione productionis, quod a materia possit produci. Nec a Cœlo inducuntur, quod profecto ut dū explosū est. §. II. & 12. memb. 4. de animalibus, ita nunc odiosum est repetere, crambe bis cocta mors est. Quamvis inventantur complures, qui mera cœcitatem obvallati hanc sententiam non extirpant sed servant, non minuunt sed eveniunt; veritas tamen una est, quæ nostra exaturat pectora, nihilque moramus decantatam a sciolis sententiæ hujus laudem, non est magnum granum milii, quamvis supra montem sit positum.

Manet proinde verum, quod animæ generentur. Si hoc, erunt actu in semine, quia generans genito communicat formam. Qui enim specificam hominis formam non producit; is hominem non generat; si jam subsumerem de parentibus, qualis qvæso consequentia, certe eundem habet effectum benedictio divina in hominibus ac in brutis. In his vero talem habet effectum, ut & corpus & animam producunt, ergo eundem etiam non minorem habet in hominibus, unde generatio univoca? unde juxta speciem multiplicatio continua? nisi forma hæc specifica traduceretur in cum & mediante semine utriusque parentis. Nec pugnat hoc cum natura animæ humanae, nec propterea filius duas habere potest animas, nec cadit hinc animæ indivisibilitas, quia parentum animæ non ad materiam sed efficientem causam pertinent: at efficiens non componit: non enim ingreditur rei essentiam Igitur sive simplex sive duplex sit nullam

Iam gignit compositionem, Patris & matris animæ non considerandæ divisiæ & seorsim existentes, sed unitæ & adglutinatæ: sicut ex facibus decem accensa est flama una, & nullo modo composita, ita nostra anima in mirabili hoc generationis opere causæ sociæ stant pro una, nihil ex insufficienti fit, nihil ex semine patris solitarie sumto, nihil ex semine matris. Qvod præstat una causa solitaria, id præstant duæ causæ sociæ; sic una arbor ad multiplicationem sufficit, at homo se multiplicare nequit sine causa socia, unde Meisnerus dicit: qvamdiu animas parentū intueris ratione existentiæ, tamdiu percipere non poteris, qva ratione duæ distinctæ animæ unam tertiam indivisibilem producant: Ast si tecum reputes, confociari eas in generatione & copulari atq; sic ad unitatem qvandā redigi, facile intelliges & posse ab iis ita conjunctum novā veluti accendi & propagari. Licet haud in occulto sit qvot rixas hic movent, qvot turbas cient

Antagonistæ, dum haud sine admiratio-
ne volvuntur & revolvuntur paginæ ar-
gumentorū machinis refertæ: uberior
tamen rationum apparatus a nobis in
lucem protrahi non potest, ne dum
avidius hisce inhærea mus, cetera per-
sequenda negligantur, sed tonent, pu-
gnent, parique voce ad arma conclam-
ment, nostra tamen sententia suis ma-
chinis inexpugnabilis triumphabit,
quam nec delumbat Galleus, nec expu-
gnat Vallesius, nec eradicat Avicenna.

§. IX.

Nunc exigit connexionis ratio, ut
paucis lineis annectamus animæ hujus
admirandos effectus, qvomodo illa in in-
timis feminis penetralibus absque tu-
multu operatur & opus producit ad-
mirandum, fabricat exqvusatam atque
concinnam corporis structurā, tot ossib⁹
roboratam, nervis alligatam, visceribus
firmatam & venis qvasi rivulis irriga-
tam, quæ animum intuentis ingenti per-
cellunt admiratione. Hinc ad ea, quæ
supra dicta sunt sanaratio colligit: qvod-
cundq;

cunq; generat tantam partiū varietatē, aut est intra semen aut extra semen, non extra semē, quia absens non movet, E. in semine, sicut in qvavis hominis parte. Proinde heic paulo subsistamus hic enim in nostro corpore habemus, quod merito rimemur sive suprema sive media sive infima intuemur, infiniti quæque sunt artificii, hinc mens pia haud immerito cum propheta exclamat, *confitebor tibi Domine, quia mirabiliter formatus sum informem massam meam viderunt oculi tui.*

§. XI.

Manet semper natura intra suos cancellos ibique munus suum assidue exequitur, ita ut nunquam saltum facit sed levibus orsa principiis sensim suas opes effundere conatur. Non uno die proceræ arbores firmantnr truncis, exurgunt in altum, expandunt brachia, sed temporis opus habent spatio, antequam rutilent tanto perfectionis encomio, uti enim horam non progredientein sed progressam animadver-

titus

timus, ita in circulo hoc rerum naturalium, res non crescentes videmus sed auctas sentimus. Eundem etiam obtinet processum in homine rerum naturalium Rege & Domino. Non homo hominem perfectum generat; sed ex tenuibus vitæ exordiis vitam nostram auspicamur. Hoc jubare meridiano clarius constat, dum ipsum semen serius homogeneum, re ipsa heterogeneum ponderamus, ex quo ipsa anima tantam corporis fabricat molem. Hoc opus dum aggreditur architectrix divina sollicita est primo, quomodo ipse fœtus in utero elaborandus conservetur, hinc ex crassioribus seminis partibus efformantur duæ membranæ, quæ sunt chorion & amnios, quibus purior seminis pars circumducitur, & interni spiritus includuntur; atque hoc est primum formationis opus, quod vocant γόνη. Hoc peracto, curam distingit ad omnium partium ex puriori hoc semine rudem & confusam delineationem, absqve ullo sanguinis auxilio, ita ut nihil

hil desideretur ad totam corporis stru-
cturam, quod non confuse adumbratū
sit. Hic exsurgunt tres bullæ, rudi-
menta hepatis, cordis & cerebri; emi-
nent duo puncta nigra minutissima
oculis dicata; notantur portiones
pro brachiis & pedibus formandis,
nasus, auriculæ, digiti secreti sunt;
cetera vasa instar fili tenuissimi sunt.
Membranæ corporum pelliculis similes
sunt, officula flexilia & mucosa, cuticula
omni subtilissima pellucida coniecta sunt.
Quæ omnia Platerus propriis oculis
se vidisse testatur. Hæc formatio septi-
mo die a conceptione absoluta est. Hinc
dixit Hippocrates, genitaram septimo
die habere quæcunq; corpus habere de-
bet. Hoc est secundum formationis o-
pus, quod vocatur *ύμη*. Partes hæ ha-
& tenus imperfecte formatæ, ex con-
cursu nunc & affluxu sanguinis mater-
ni perfectius elaborantur, carne fulci-
untur & augentur; Sanguinem enim
hunc fortis attrahit per venam umbi-
licam.

licalem, qui mox ad hepar, ubi magis
magisqe perficitur; inde ruit ad singu-
las corporis partes. Hoc est tertium
formationis opus, quod *παράδίον* nuncu-
patur. Conimbricenses tela nobis heic
parata habere scio, quippe qui non si-
mul partes formari configunt. Sed
plumbea illa tela & hastas iunceas tun-
sustinere possumus, dum procedere co-
nuntur, ab artificialibus ad naturalia; à
negatione visionis ad negandam rem i-
psam; à procreatione stirpium ad pro-
creationem hominis, ab operis perfe-
ctione ad ejus inchoationem. sed arti-
fici in sua arte credendum, facimus
nos cum illis, qui fulgida luce anato-
micæ artis resplendent, qui que sensus
proprios testes sibi provocant non
κατα δοξαν sed *κατ αληθειαν*.

§. XI.

Quam tortuosus naturæ Labyrin-
thus hic nobis occurrit, ex quo felici-
ter ei emergere vel cedipo opus
est, qui nodum hunc satis perplexum &
intric-

intricatum dissolvat; quid enim mirabilius est oculis animisq; concipere varias illas signaturas & maculas, in ipso fœtu in utero latitante, vario modo eminentes. Narrant insuper historiæ varia hujus rei exempla; Munsterus testatur aliquando accidisse, quod cum mulieres duæ in platea contabularentur & ex improviso a tergo adventaret alia & utriusq; frontes collideret alteram earum, qvæ prægnans fuit, duas peperisse filias frontibus ad nasū usq; cohærentes, quæ decem annis continuis conjunctæ vixerent. Senertus etiam refert mulierem quandam cum sub moro verlaretur & mora plura in ipsam deciderent verrucas instar mororum filia ab illa genita habuit in illis partibus corporis, in quas in ipsam matrem deciderunt; Ita & interdum evenit, quod mater fragorum & cerasorum desiderio affecta, istorum in fœtu producit signaturas. Causam vero harum signaturarum statuimus non Phantasiam, fatemur quidem, quod e-
jus

ius vires ut mirandæ sint ita & mirum
producunt effectum, ut in proprio cor-
pore videre est, cum oscitantes vi-
demus, oscitamus, læta cogitando læ-
temur, tristia tristemur; ita alieno
etiam corpori infertur, quid indeter-
minatū, ut cum grāvida, quæ cecidit, in-
fantem parit invalidum, quæ omnia
phantasia: hoc tamen non facit direc-
te & per se, quippe tunc ejus est ex-
aminare & depurare species à sensu com-
muni delatas; sed indirecte & per acci-
dens, sed determinatum qvid infer-
re ipsa Phantasia non potest, nempe
exprimere alterius objecti imaginem,
quomodo enim pingeret ranæ, serpen-
tis, cerasorum & fragrorum figuræ,
cum de cerasis, fragis cogitarit gravi-
da? sed aliam hic venamur causam, quæ
est ipsa formatrix, quæ cum secundum
ideam qvandam operetur, hinc qvan-
do à phantasia seducitur & turbatur,
efformat membrorum maculas, quod
contingit, qvando species phantasiæ per-
ceptæ communicentur matris spiriti-
bus

bus ac sangvini; deinde spiritibus & sangvini fœtus imprimuntur, ubi formatrix ab illis speciebus ad formandum sibi simile & non aliud dirigitur, hinc pro varietate specierum Phantasticarum variant signaturæ. Non autem hic dicimus quod omnes imaginaciones & species Phantasticae signandi habent vim, nunc enim porcus nunc Canis aspectui offeruntur gravidæ, non tamen hinc quandam imprimunt notam, quia fiunt hæc absque assensu, ut cetera cum assensu fiunt, nec fœtus semper hasce signaturas recipit, ut mensibus extremis, cum ossa magis indurata & formata sint, recipit enim receptivum non ad modum imprimentis sed receptivitatis suæ.

§. XII.

Confecta maxima parte hujus Pelagi, plenis velis contendimus ad Terram, quam nunc videre incipimus; Sed antequam vela contrahamus & portum repetamus, restat adhuc difficilis vortex, quem præternavigare non

non possumus, licet periculo plenus sit,
dum nempē ponderamus quomodo
fœtus in utero nutritur, movetur &
vivit; Prius fœtui tribuitus non pri-
mis diebus, quippe non tunc forma-
tæ sunt venæ, per quas sanguis trahi
potest, sed post trigesimum diem ad-
fluit maternus sanguis, quem diximus
ante fœtum per venam umbilicalem
attrahere, atque hoc fœtus nutritur &
perficitur, qui sanguis & si crassior sit,
defert tamen secum illud, in quo con-
sistit nutritionis vis & efficacia, scilicet
ipsum spiritum naturalem, ex his con-
stat fœtum non sanguine proprio nu-
triri sed matris. Motus vero alia est
ratio, quippe qui est à spiritu animali,
sicut nutritio à spiritu naturali. Spi-
ritus vero animalis ille generatur in ce-
rebro fœtus, ex spiritu vitali & aère,
non secus ac in infantibus jam editis.
Deinde distribuuntur spiritus animæs
non per venas arterias, sed per ner-
vos ad communicandum ipsi sensum,
& motum, deinde cum sine nervis

musculis & spiritibus animalibus motus fieri non possit, ipse fœtus latitat in utero quietus, ob membrorum imbecilitatem & mollitiem, sed quam primum hæc membra perfectius elaborata sunt, imperante anima, moveri incipit fœtus, spiritus vero vitales fœtus in corde non generat ut spiritus animales in cerebro, sed illos trahit per arterias umbilicales. Qvod spiritus vitales in corde generari non possunt, facit defectus materiae, quæ ad id deferri non potest, qvia arteriae non inseruntur cordi Embryonis; hinc fœtus in utero vivit non vita propria sed matris qvoad actum secundum & accidentaliter, non qvoad actum primum & substantialiter, haud aliter ac surculus stipiti insitus propriam habet animam, ex stipite tamen vivit, qvia nutrimentum ab eo accipit. Hæc sunt præcipua momenta Physico scitu necessaria de elaboratione fœtus in utero, fatemur quidem qvod multa adhuc adnecti possent, si abditos hos naturæ recessus rimanti in fo-

forum Medicum saltare allubesceret,
 quod sine eorum injuria facere non
 possemus, itaq; hæc pauca produxisse
 sufficiat, qvod & licuit, ne cognito alia-
 rum rerum ortu, nostrum planeq; igno-
 raremus, quod ipsum non tam sapien-
 tis quam insipientis esset juxta illud
Quid spheras superas medias imasq; juvabit
Pernici mentis per volitasse acie.
Et proprias dotes cornu, qvæ divite Rector
Nature indulxit pensiculasse nihil.

Candide LECTOR dum hæcce tenui
 penicillo delineata aspicis, si quæ
 desideres, quod fieri aliter in am-
 plissimo hoc argumento nequit, cogita,
 ditissimam matrem naturam esse,,
 cuius in perscrutabilem abyssum brevi
 temporis spatio ad ungvem non rimari
 sed mirari præstat, & sicubi deviaverim,
 illud cogita : *In ardua re voluisse sat est.*
 Humanum est errare, præcipue in tam
 nobili, & in toto scientiæ naturalis cir-
 culo difficilimo argumento ; & errata
 mordaci & virulenta lingua notare in

humanum, interea petimus veniam
pro omissis, veniam pro commissis,
quod si favoris Tui Phosphorus nobis
illuxerit, non deerunt vota calida, qvi-
bus summum vitæ statorem sollicita-
bimus, ut condonet Tibi prospera fata,
qveis dum felix vixisti in terris,
vivas beatus in cœlis.

COROLLARIA,

*An infans naturaliter in utero voci-
ferari queat ? Neg.*

*An mortuae matres vivos possint
parere infantes ? Neg.*

*An infans in lepidem duritiem in
utero mutari queat ? Affir.*

GLORIA IN EXCELCIS

CANDIDE LECTOR corripe Errata quæ Typis
circa opinionem induxit, lege, p. 1. Memb.
primum p. 46. memb. quartum, p. 86. memb.
quintū p. 8. l. 1. ambiguitates pro ambigui-
tates pag. 42. l. 7. quandam pro quendam
l. 12. ejusdem p. quæ pro qui l. 13. ejusdem
p. expansione pro expensione p. 74. l. 23.
omissum est non, lege quod non, Cetero
pro tuo candore corrige: Per-

Peteximie Dn. RESPONDENS.

Miram vim seminis esse atque suspendam,
neminem, qui prima verum initia corda-
zioni mentis oculo intueri vult, inficiat itu-
rum aurum. Est enim hoc ipsum principium,
ex quo tota mixtorum monarchia uique adeo
succrevit, ut ne ulla quidem orbis pars invenia-
tur, que bisce non abundat perplurimis. Pri-
mum sapientissimi bujus universi conditoris e-
rat propositum, ut cum profundam illud naturae se-
minarium, massam chaoticam creasset, cum de-
inceps ex illa, quod classas species, que in gran-
diorem ornamentorum gloriam Regna Elemen-
torum implent, produceret. Certe cluxit heic
tanta Creatoris Majestas, quanta esse potest, cum
sit maxima; adeo ut nullavix prudentia, nulla
facundia, ingenio esse qui, aut lingua explicare
valeat, universas illas corporum dignitates.
Quid heic commemerem eorum varietatem? quid
diversitatū? quid partsū concentū? quid mem-
brorum figurās? quid arteriolarum meandros?
quid sinus? quid specula lucida? miror profectō
Ecum venerāda antiquitate exclamare coger,
O corpora magna, magni opera Dei! Scilicet vox
hoc ipsius erat, qua sonante, Terraqueus globus,
per potentiam quandam obedientiālem, perfecte
omnia, juxta acerbitatis ideas, protulit ani-
malia, suisq; formis stipata. Et cum haec illas cla-
ves obsincent, quibus aconomia rerum claudi-

sur vel aperitur, sed leges prescribant ma-
teris, necessum fuit, ut illae inquam direcrices
& operationum præpotentes dominae una cum ipsis
producerentur. Quas si ad mentem eorum, quos
rum intellectus sphaeram exsuperat formarum
origo, & natura extirminaremus, dubio pro-
cul in momento periret concinna & perpul-
chra corporum moles, imo etiosa, corpida &
mortua, dicente Philosophicae curiae dictato-
re, foret, ni singulas partes pervaderet spi-
rituum hisce vigor. Cetera fateor corpora, quæ
supra nos, in expanso vel etbereo, vel aereo, lu-
cent, reseruant quidem singula Conditoris Ma-
jestatem, nunquam tameneandem, minori felici-
tate depinguunt, bacque juxta nos cernuntur
inferiora. Quin potius quidquid laudatur in
Calo Planetarum fulgor stellarum splendor, side-
rūq; ardens pulchritudo: quidquid circa cetera
notabile occurrit, illa omnia his inferioribus
mixta, longe majori adparatu ac parciū popa,
inclusit eternu ille Plastes. Descende in terrā,
videbis quot quantaque in ejus quasi sinu abscon-
ditæ latent naturæ miracula, quot succorū dif-
ferentia, quot lapidum & gemmarum varietas,
quot aliorum in intimus eis receptaculis thes-
aurorum inveniuntur genera, quorum semen
per Geocosmi venas, perpetua agitatione circu-
latum, ubi in matricem suam incidit, tale era-
jam, qualis illa est, efformatur minerale.

scende iterum Sea, quæ propius oculis nostris exposuit natura, perlustra, videbis leones truculentia rugientes immanitate, videbis Elephantes agminatim oberrantes, Camelos supraceterorum speciem proceros, Cervos velocissime currentes, Ecetera, que quasi nota, raccio animalia. Adde heic avium circumvolancium cibas-mata, Draconū formas, Serpentū volumina, late parentia insectorum discrimina, Ecetera denig corpora mixta, que prorsus singula, post latas, in primordio rerum, benedictionis leges, semen illud, in quo complicata latet tota idea animalis ac carabter, sibi invicem communicant. Sed quid hinc immoror? Soli sane lucem fenerari, vel inabrem in Oceanum spargere temaram, si hac omnia, in Tua dissertatione, Amice opime, tam exacce, tam nervose elaborata, ulterius discuterem. Differis enim eruditus de omnī rerum Seminio & Vapore spermatico. Scribis accurate de rerum haud vulgarium oreu ac occasu. Res sunt magna, quas vulgaris ingenia tractare nesciunt; quippe que ut sunt vanitatis amanisa, ita nec quicquam de aliarum rerum excellentia aut dignissime concipiunt animo auctoritate proferunt; ast contra illustria & ad altera nata ingenia, missis aliis, unicem magna tractant; dum alii aliud agunt in negotiosa bac mundi divertigine actuosi; dumq; se se abdit ac versat in folio suo Diogenes, accedunt ea proprius, ad mirabilia opera hujus opificis, à miro isto Deo produc-

dūcta. Difficile equidem est, eorum hunc naturae
camī perecurrere, sed difficultate compensabit
ancora utilitas & uirtus illa amēritas, quæ ubiq̄
occurrit magna. Tuum mihi est vastum ac magnum
ingenium, ita non nisi magna edere potest speci-
mina, quæq; nec manubrii nec prælis frequentibus
sunt trita. Certe rectissime facis, quod tam solia
de eruditione lites, & ad eruditionis culmen ni-
taris ac eritariis, quodq; spēnas Plautinos illos
Sciolas, qui delicate opinionib⁹ tumidi, spirant
vasta & faciunt nibil, qvi omnia norunt, omnia
examinant, omnia loquuntur, præter id quod
agitur. Perge jam modo, capta tuis interea
aspiret altissimum Numen, & nūc cepisti, viriu-
tu tibi innatos igniculos in flamam age; uelu-
er, motu, cætores appareas, illustris, splendidas,
alluosus Vale.

T.

PETRUS RING.

Salve castellum non infima gloria, salve
Aonidū decus, & nostri bona portio cordis!
Mæste tuis studiis prima vernante juventa!
Post cineres vives, vivet post funera nomen!

D. M. J. E. WERG.

